

D. D.

DISSERTATIO HISTORICA

DE

GERMANIA
MAGNA

CUJUS

Partem Primam

*Consensu Ampliss. Facult. Phil. in Regia Acad. Aboënsi
Publicæ bonorum censuræ submittunt*

SIGFRIDUS
PORTHAN

ET

ABRAHAMUS FABRITIUS

Wiburgensis.

Die XVII. Decemb. Anni MDCCCLXIV.

L. H. Q. A. M. S.

ABOÆ,

Impressit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

Admodum Reverendo atque Praeclarissimo DOMINO

M_{AG.} ABRAH. POPPIO,

PASTORI & PRÆPOSITO Ecclesiæ, quæ in Jorois Deo colligitur, Gravissimo.

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo DOMINO

M_{AG.} HENRICO POPPIO,

PASTORI Ecclesiæ, quæ in Joccus congregatur, Dignissimo.

AVUNCULIS AVUNCULORUMQUE LOCO
RE COLENDIS,

Cum nullum officium referenda pro accepiis beneficiis' grā-
magis esse debiti mei semper credidi, quam venerabun-
quibus paternam domum, gravissimū fortunæ casibus adflī-
benignitatis plane singularis, qua memet ipsum etiam, patre-
stis. Lætissimo itaque animo hanc arripiō occasionem, gra-
toribus meis Indulgentissimis, Dissertationem hanc, alieno li-
Dignemini, VIRI Admodum atque Plurimum Reverendi, mi-
perpetuo favere! Ego vero, devotissimis ad Summi rerum
lumentum, Familiarumque Vestrarum Honoratissimarum ful-
gēna felicitate beatos, Vos conservet, nunquam non orare

ADMODUM & PLURIMUM REVEREN-

Cultor devinissi-
ABRAHAMUS

Plurimum Reverendo atque Clarissimō DOMINO

HENRICO SALMENIO,

PASTORI in Pumala, Meritissimo.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo DOMINO

LAURENTIO POPPIO,

CONCIONA ORI Castrensi Legionis Savolaxiensis, Dexterrimo.

VERBORUM & OBSEQUII QUOVIS HONO-
SUSPICIENDIS.

tia, & si referri nequeat, habenda, sanctius sit, nihil etiam
dam identidem recolere favoris beneficiorumque memoriam,
etiam, defendere, sublevare atque erigere voluistis; simulque
orbatum & auxilio egentem, nullo non tempore amplexi e-
titudinem meam publice testatam faciundi, Vobisque Fau-
cet ingenio elaboratam, offerendi, dicandi & consecrandi.
bi meisque conatibus, ut hactenus ita imposterum quoque,
Moderatoris pedes precibus provolutus, ut in Ecclesiæ emo-
crum & gaudium exoptatissimum, plurimos per annos omni-
meminero.

DORUM NOMINUM VESTRORUM

m̄s, humillimus
FABRITIUS.

ÖVRIGO LIEUTENANTSpan /

Wälödla

Fru HEDVIG SOPHIA
FABRITIA,
född POPPIA,
Min Huldaste Morder.

Sid detta tilfälle, då jag shall aflägga mit första Academiska Snille-prof, wore det en oförswarlig förgåtenhet af min plcht, om jag ej tillika offenteligen förklarade min styldiga erkänsla emot min Hulda ie Morder. Den förbindelse hwaruti barn i anseende til sina Föraldrar i almindelighet och altid måste besinna sig, wore allena tilträckeligt, at försdra all min wördnad och all min tactsamhet. Men när jag defhutan påminner mig, i hwad beträgt til land och under huru många svårigheter Min Huldaste Morder, efter ei kår faders tidiga död, hast både omsorg och kostnad osparde, för min så wäl som mine Bröders wälfärd; då finner jag mig desto mindre i stånd, til at vårdigt berömma så mycken godhet. At tilbjuda wiljan för vårtet och önskningar för weder gjälning, är altid det enda hvarmed oförmögne astjena de erhållne wälgjärningar; och ibland deßas antal finner och jag mig nu vara. Det är GUD allena som råder om sådane önskningars fullbordan; Men däräst en gång åtmen mina winna sin wärckställighet, hwilket jag, åtminstone i det hufwudsakeligaste, af Hans godhet och nåd förväntar samt gjör mig förvissad om, shall ingen ting fela utaf alt det, som et wördsamt och erkänsamt finne, med ömmaste begär och af innersta välmening någonsin åstundade, at sielf kunna rikeligen gifwa! Jag är med styldig och ouphörlig undergiswenhet

Min Huldaste Morders

Ödmjukaste tjenare och
lydigste son,
ABRAHAM FABRITIUS.

§. I.

on eundem esse hodie ac olim erat vocis Germaniae usum constat. Nobis igitur præsens tractare argumentum cū pientibus, ad illam in primis, quæ ex temporum confusione oriri posset, molestiam evitandam, utilis & congrua videtur Virorum Eruditorum quorundam distinētio inter tres diversas ætates, quibus diversi etiam fuere Germaniæ limites; Primam nimirum, Secundam & Tertiam, si-
ve quod idem est Antiquam, Medium & Recentior-
em (a). Quarum Media significatio & nobis nunc
intelligitur & semper ubi Magnæ cognomen (b)
Germaniæ appellationi postponitur valere censem-
da est. Ex auctoribus qui eandem sequuntur Taciti-
tus, Mela, Solinus atque Ptolomæus (c) brevem
finium omnium determinationem una descriptione
exhibit; reliqui Cæsar, Strabo, Plinius &c. spar-
sim tantum in scriptis suis facientia habent.

(a) Fecit hoc post Beatum Rhenanum Jodocus Wil-
lichius Nott. ad Taciti Germ. Part. I. 1. probavitque con-
silium Kirckmajerus in ejusdem tituli libro C. I. p. 2. etss.
Secundum eos ad primam ætatem refertur quod Berosus
Chaldæus Germaniam longitudine a Rheno per Sarmatas
ad Pontum Euxinum & latitudine ab Adula monte in Me-
fembriam Thraciæ civitatem extenderit. Verba exhibet
Willichius l. c. "Regna ab anno salutis humanæ tunc ma-
gna habebantur, in Asia quidem nostrum omnium celsissi-
mum Babylonicum, in Africa Ægyptium & Lybicum. Po-

stremo in Europa IV. nostri numerant, Celtiberorum,
 Celtarum, Kytim quod illæ gentes Italicum appellant &
 Tuysonum, quod a Rheno per Sarmatas in Pontum
 finit. In Europa Sarmatiæ regem fecerunt Tuisconem
 a Tanai ad Rhenum, junctique sunt illi omnes filii Istri
 & Mesæ cum fratribus suis, ab Adula monte usque in
 Mesembricam Ponticam. Sub his tenuerunt Tyras, Ar-
 cadius, Æmathus." Secunda periodus illos, qui proxi-
 mis circa Christum natum seculis habebantur, fines com-
 plectitur. Tertiam a Carolingicæ stirpis initiis sive se-
 culo VIII. ordiuntur, sive Kirckmajerus ex Conringii
 de finibus tractatu determinat, ut limites Germaniæ sint.
 1. Ex parte Galliæ, Rhenus. 2. A Dania & Saxonia, O-
 ceanus Frisius usque Eidoram amnem. 3. A Prussia &
 Polonia, Vistula. 4. Infra Polonos ac Danubium circa
 que Mari flumen, Marahenses sive Moravi. 5. Infra Da-
 nubium, Austria, Carinthia, Carniola, Marchia Venedi-
 ca. 6. Ab Italia, Cisalpina Regio & proxima quæque
 loca, exceptis Alpinis Transalpinisque. Ex his tertiam
 æstatem & quæ de illa differi solent, cum præsens insti-
 tutum non tangant, aliorum judicio relinquimus. Pri-
 mam vero quod attinet, eandem, Kirckmajero ipso non
 refragante, e cireo historico omnino proscribendam re-
 mur, idque ex dupli fundamento. 1. Quod de Teu-
 tonia allegato scriptori sermo sit, non de Germania, quæ
 nomina diversissima omnino esse, neminem fugit vel paul-
 Isum in antiqua Geographia versatum, infraque satis elu-
 cescit. 2. Quia certo certius jam constat totique Litte-
 rario orbi notum est, librum Berosi nomen ferentem in
 spuriis numerandum & a Johanne Annio Viterbensi quo-
 dam illepidi ingenii monacho confarcinatum esse, Ber-
 soque Chaldeo, cuius scripta genuina dudum de perdita
 sunt, conatu audaciorine an stolidiori nescio, sup-
 positum.

(b) Debemus id Ptolomæo, qui Geogr. L. II. c. XI. alibi-
que passim Τεργιαλας μεγαλης meminit, "siquidem (verba
tradimus Cluverii Germ. Antiq. L. I. p. 98.) una exce-
pta Sarmatia, omnium Europæarum regionum fuit ma-
xima, quamquam ad discrimen minoris Germaniæ, quæ
erat cis Rhenum in Gallico solo, sic eam cognominasse
videatur." Vocari alias quoque solet Transrhenana &
Barbara; cfr. Dissert. Joh. Amnell præf. Elia Frondin Ups.
de Sitionibus & Fennis Taciti, part. I. p. 4. nott. f. & g.
item Cellarii Notit. Orb. Antiq. Tom. I. Lib. II. C. V.
pag. 448. (Ed. Lipsiens. an. 1701. sed Ed. L. Joh. Conr.
Schwartzii ibid. an. 1731. pag. 359.) nec non Conring.
Nott. in Tac. Germ. (Ed. 1678. p. 127.) Desit autem cum æ-
tate media Magnæ ista cognominatio, neque exstat ejus-
dem, quod nos quidem vidimus, apud recentioris pe-
riodi scriptorem aliquem mentio.

(c) Horum igitur jam testimonia exhibeamus, ut
ex illis, cum reliquis qui sparsius rem illustrantia habeant
collatis, eo melius judicium ferri queat in sequentibus
de limitibus Germaniæ Magnæ. Et primo quidem loco
statuimus verba Taciti loc. citati Ed. Bernegg. "Germania
omnis a Galliis Rhætiisque & Pannoniis, Reno Danu-
bioque fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut
montibus separatur. Cetera Oceanus ambit, latos sinus
& immensa insularum spatia complectens, nuper cogni-
tis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit." Alter erit Pomponius Mela, de Situ orbis L. III. C. III.
(cfr. Cellar. N. Orb. Antiq. T. I. Lib. II. C. V. §. V.
p. 360. Edit 1731.) "Germania, inquit, hinc ripis Rheni
usque ad Alpes; a meridie ipsis Alpibus: ab oriente Sar-
maticarum confinio gentium: qua septentrionem spectat
Oceani littore obducta est." Caius Julius Solinus, Polyhist.
Cap. 20. (Conring. Tac. Germ. p. 119.) "Mons ipse (Se-
vo) ingens, nec Riphæis minor collibus, initium Ger-
ma-

maniæ facit. Ingevenes tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit. Dives virorum terra, frequens populis numerosis & immanibus. Extenditur inter Hercynium saltum & rupes Sarmatarum. Ubi incipit Danubio, ubi desinit Reno perfunditur. De internis ejus partibus Albis, Guthalus, Vistula, amnes latissimi præcipitant in Oceanum.” Claudio Ptolomæus,

Geogr. L. II. C. XI. (Conr. l. c. p. 127-129.) Τῆς γερμανικῆς τὴν μὲν δυσπικήν πλευράν, ἀφορέτη ὁ Ρῆνος ποταμός. Τὴν δὲ αριστερὴν ὁ Ιερμανικὸς ὥκεανός. Τὴν δὲ μεσεβριανὴν πλευράν ὅρεῖται τὰ Δανωθία ποτ: τὸ δυσπικὸν μέρος. Τὴν δὲ ανατολικὴν πλευρὰν ὅρεῖται οὐδὲν τῆς ἐπεμένου (**). ἐπιστροφής περὶ τῷ υπερεκείμενα σηματικὰ ὅρη διάστασις. Καὶ οὐ μέτρα τῷ ὅρῃ ἐπὶ τὴν ἐπεμένου κεφαλὴν τὰ οὐεξαλα ποταμώ. Καὶ ἐπὶ αὐτῷ ὁ ποταμὸς ἦν θαλάσσης. Notandum heic est, quod Ptolomæum attinet, nos gradus ab eo determinatos non tradere; idque ob maximam quam illi laborant incertitudinem. Fuit is auctor homo Ægyptius, Marci Antonini Imp. ætate vivens, quo tempore accuratas terrarum orbis dimensiones fuisse, historiæ ignorant; nec ipse quidem Ptolomæus tale aliquid a se præstitum gloriari potest, aut navigantium ad has oras magni momenti vel numerus vel opera ei potuit esse. Sequitur ergo ex conjectura ut plurimum judicare, quod qua verisimilitudine in locis adeo diffitis ac ab Ægypto erat Germania semper fieri quiverit, quilibet intelligit; in primis si adjiciamus, Romanis quoque multo propriis post plurima bellorum pacisque commercia parum notas tum adhuc fuisse regiones istas. Satis proinde esse opinamur locorum indigitasse nomina, gradus vero, ne omnia in confusionem inextricabilem ruant, omittere.

(**) Quis jam flexus auctori intelligatur, textu Græco deficiente pro certo dici nequit. Interpretatio Latina

tina proxime ante locuta fuerat de flexione Danubii juxta Diogeniam civitatem.

§. II.

Propius ad mediæ ætatis significationem accessuris, consultissimum nobis videtur, separatim de finibus ad quamlibet cœli plagam agere. Tendum vero, determinationem accuratam & minima quoque particularia tangentem, eo minus heic exspectari debere, quo certius est, eam quoad omnes numeros perfectam nunquam designari posse (*a*); tum & quod institutum nostrum hoc non requirat, quippe cui generaliori adumbratione fieri satis, persvasi sumus. Primo igitur latus Germaniæ Meridianum clausisse Danubii flumen statuimus. (*b*).

(*a*) Patere hoc potest ex Indiæ & Americæ exemplis. An enim putas, illorum qui easdem nunc incolunt populorum per sero ventura secula posteros, stante mundo, si tanta ipsis quandoque, quanta nos hodie fruimur, litterarum lux exoriretur, suam quosvis patriam ejusque descriptionem nostris a Geographis factam, magis agnitos, ac jam moderni Germaniæ veteris inhabitatores suæ quidem veteribus memorata loca norunt. In primis si paulo post nostros dies tanta ingrueret Barbaries, quanta præcedentium nonnulla secula premebantur, quæ jure inde Barbarorum nomen traxere. Si æque furibundum porro Martem concipimus, nec minora librorum & aliorum documentorum naufragia: Addimus denique illam quæ nostra ætatis Germani, Teutones videlicet, laborant, sum-

mam & pene dixerim omnimodam, hinc maxime resul-tantem, domesticorum monumentorum penuriam; satis clare perspicies obscuritatis atque ignorantiae præsentis in-dolem. Nostræ insimul tamen descriptiones veterum illis longe præstare, nec injuria creduntur.

(b) Expressis verbis de eo convenire inter Tacitum, Solinum ac Ptolomæum, loca ipsorum adducta dilucide indigitant. Conspirat cum illis Strabo, Geogr. Lib. II. dicens Danubium in Pontum excurrentem ad lœvam re-linquere πόντον τε Τερματιανὸν, αρχαίνοντος τοῦ Ισθμού. Eodem pertinent Dionyssi Afri versiculi (cfr. Cluver. G. A. lib. I. pag. 96.

Τὰ μὲν πρέστες Βορέου τε Καυκασιάνα Φῦλα νέμονται

Τερματίοι Σαραπάται πε. Γέται δ' ἄμα, Βασιλέαται πε.

Πρέστες δὲ νότιον Γερράς καὶ Ναρέκης ἀπειρυγενά,

Πανόνιοι, Μύσοι πε. &c.

Neque discrepant Ethicus Cosmographus & Isidorus (a-pud eundem Cluv. L. III. p. 11.) dum Rhætiam a Ger-mania Septemtrionem versus Danubio vel ejus fonte dister-minant. Noricum igitur, Vindeliciam & Rhætias a Ger-mania distinctas voluisse veteres oppido patet; unde Pto-lomæus, postquam L. II. C. XI. Germaniam descripsisset, Capp. seqq. separatam harum regionum delineationem ex-hibet, cæterique itidem auctores pari modo easdem a Ger-maniæ finibus excludunt. (Vid. Tacit. l. cit. & Cap. V. Plinius Hist. Nat. Lib IV. Cap. XIII. rel.) Quapropter Melæ (Lib. II. Cap. IV cfr. Cluv. l. c. Lib. I. pag. 97.) auctoritatem contra omnes fere alios sequendo, ad Al-pes usque terminos istos proferre nequimus, ita ut hi montes inter Germaniam & Italiam terminus habendi esent. Ceterum non unicum antiquitus Melam fuisse hujus sententiæ patronum, innuere videtur Plinius, ubi Agrippæ dimensionem exhibet, quam tamen & ipse vix pro-

probat. Ita vero loquitur loc. cit. Cap. XIII. & XIV.
 "Græci & quidam nostri vices quinques centena millia
 passuum oram Germaniæ tradiderunt. Agrippa cum Rhæ-
 tia & Norio DCLXXXVI. millia passuum; latitudinem
 CCLXLI. millia: Rhætiæ prope unius majore latitudi-
 ne, sane circa excessum ejus subacta." Causam erroris
 Cluverius inde arcessendam existimat, quod gentes inter
 Danubium & Alpes ejusdem generis & linguaæ fuerint
 ac Germani, nempe Celticæ; quod magnopere haud ne-
 gabimus, tametsi difficulter adigi queamus, ut Celtarum
 nomen credamus convenientiam aliquam morum, linguaæ
 reliquorumque vitæ institutorum, in nationibus sub eo
 olim comprehensis ostendere, tam paucis apud scripto-
 res veteres hujus similitudinis vestigiis occurrentibus, in-
 ter Hispanos e. gr. Italorum partem, Germanos, Brita-
 nos, Gallos, Pannonios, Mylos, Dacos, Thraces & quæ
 alia fuere gentium vocabula; in primis autem ob expres-
 sum facientis nobiscum Strabonis testimonium (Liber I.
 cfr. Cluv. L. I. p. 22. & Anticlav. p. 91. ed Hadorph.)
 "De priscorum Græcorum sententia hæc dico: Quod sic-
 ut notæ versus aquilonem gentes, uno nomine Scythæ
 vel Nomades, ut Homero, appellataæ fuerunt; postea ve-
 ro, cognitis etiam occiduis regionibus Celtæ atque Ibe-
 ri, aut mixtis vocabulis Celtiberi & Celtoscythæ dici coe-
 perunt, sub uno nomine singulis diversisque gentibus ob i-
 gnorantiam comprehensis: ita quæ versus meridiem ad O-
 ceanum sita sunt, omnia Æthiopiæ appellatione fuere
 notata."

Hæc, de limite meridiano Germaniæ, in genere: spe-
 cialiora qui videre cupit, Cellarium adeat Not. Orb. An-
 tiq. Tom. I. Lib. II. Cap. V. pag. 358. & seqq.; quo cum
 conferri possunt de finibus Germ. agentes Kirkmajerus
 Nott. ad Tac. Germ. p 4. seqq. Berneggerus Quæst. ad
 Tac. I. Aegidius Lacarius Nott. ad T. Germ. Cap. I. rel.

& præprimis quem sæpius laudavimus Cluverius Ger. Ant. Lib. III. p. 10. alibique passim, nec non in Vindelicia & Norico. Videtur equidem huic imputare Kirckmajerus l. c. p. 10. quod dicat Peucinos, Fennos Venedosque & consimiles immani tractu Sclavos in Polonia, Litavia, Finlandia, Russia minori, Moscovia, Moldavia, Podolia, Valachia, Bulgaria, Servia, Sclavonia, Croatia, Dalmatia &c. olim commorantes, Germanos antiquitus vocatos esse; id autem, quoad Sclavos certe, verum esse eo minus nos perspicere posse fatemur, quod lib. III. p. 189. vel idem hoc ipsum expressis verbis neget, istosque populos "alienissimo semper a Germanis fuisse & nunc etiam esse genere" sponte contendat.

§. III.

Alter terminus, ad Orientem, erat Vistula fluvius (a) Germaniam a Sarmatia disjungens.

(a) Diserte hoc affirmantem modo audivimus Ptolomæum, quocum consentit Agathmerus (Lib. II. Cap. IV. cit. Cellar. I. c. §. 6. pag. 361. ed. Schw.): τὴς γερμανίας μετὰ τὸν οὐρανὸν ποταμὸν ἔχειαι ἡ Σαρματία. Melam loco superius adducto per "Sarmaticarum confinium gentium" proximas ad Vistulam intelligere regiones, ex verbis ipsius alibi prolatis colligitur (Lib. III. C. IV. cfr. Cluv. L. I. p. 97.): "Sarmatia, inquit, intus quam ad mare latior, ab iis quæ sequuntur Vistula amne discreta." Idem sentire videtur Plinius & apud eum Agrippa (H. N. L. III. Cap. XII. ita vero ille: "Agrippa totum eum tractum (Germaniæ) ab Istro ad Oceanum bis ad decies centum millia passuum in longitudinem, aliquantum minus quadringentis in latitudinem, ad flumen Vistulam a deser-

desertis Sarmatiæ prodidit." Apparebit istud adhuc clarius si conferamus Cap. XIII. "Nec minor opinione Eningia. Quidam hæc habitari ad Vistulam usque fluvium a Sarmatis, Venedis, Scyris, Hirris tradunt. Sinum Clylipenum vocari & in ostio ejus insulam Latrin." Scandinaviam equidem item Sarmatiæ adscribendam esse, posset quis ex proxime antecedentibus inferre velle, cum vox hæc de sola Eningia usurpari nequeat; sed neque nos ita eandem restringimus cum & vicinas Eningiæ regiones simul includere nihil impedit. De Scandinavia vero intelligendam haud verisimile videtur, quippe quæ ad Vistulam sita non est, neque incolæ ejus usque hunc fluvium habitare dici possunt, aecedit quod populi isti Sarmatici Venedi, Scyri, Hirri, non autem Hilleviones vocentur. Cap. IV. fin. Vistulam inter flumina Germaniæ numerat, prout & Solinus (loc. supra citat.) facit, quem quoad saltum Hercynium castigat Cluverius Lib. III. pag. 178. ast utrum his omnibus stricte ipso Vistula terminari Germania credita sit, an vero ē ἀλάτη sive ita ut proximam quoque viciniam comprehendat, vox sumatur, id paulo difficultioris indaginis res est. Nationes de quibus controversantur, num, quoniam trans Vistulam colebant, Germanis vel Sarmatis accensendæ sint, fuere in primis Bastarnæ, qui quibusdam iidem cum Peucinis dicuntur, Venedi, Fenni, Æstii. Bastarnas Germanos esse, expresse adstruit Plinius C. XII. "Superiora autem inter Danubium & Hercynium saltum usque ad Pannonica hiberna Carpunthi, Germanorumque ibi confinium, campos & plana Jazyges Sarmatæ, montes vero & saltus pulsi ab his Daci, ad Pathissum amnem a Moro, sive is Duria est, a Svevis regnoque Vanniano dirimens eos: adversa Bastarnæ tenent aliisque inde Germani" Contra Ptolomæus (cfr. Cluv. L. III. p. 202.): "Tenent Sarmatiam maximæ gentes istæ: Venedæ juxta totum sinum Venedicum &

supra Daciam Peucini ac *Bastarnæ*: juxtaque totum latus Maeotis Jazyges & Roxolani: interius vero Hamaxobii atque Alauni Scythæ. Minores vero gentes Sarmatiam incolunt, apud Vistulam flumen, sub Venedis Gythones, dein Finni; mox Bulanes, sub quibus Burgundiones, hinc Accarini *apud Vistulæ fontem.*" Conspirat cum Ptolomæo Strabo (Liber. VII. p. 203.): "Quid autem sit ultra Germanos & alios iis confines, sive ii sint Bastarnæ, ut ple- rique putant, sive alii interjecti, sive Jazyges, sive Ro- xolani, sive alii in curribus domicilia habentes, non est facile dictu, neque an tota illa in ora Oceani sit aliqua portio, quæ vel ob frigus vel alia de caussa habitari ne- queat." Facile igitur apparebat haud convenisse inter ve- teres de exactiori limitum definitione, utpote quibus ali- ter evenire non potuit, quam ut maximam ipsis incer- titudinem crearet vagabunda horum populorum vita: Cui si continua adjicias bella, modo hujus modo illius in fa- vorem inclinante Marte gesta, turbarum caussas non lon- ge petere opus erit. Perspexit id, prout fuit semper in tradendis rebus accuratus quantum fieri potuit prudens- que, Tacitus, ideoque nullo certo statuto termino, tan- tum "mutuo metu & montibus, a Sarmatis Dacisque" separavit Germanos. De Æstiis quidem (Germ. C. XLV.) nullum movet dubium quin Germani fuerint. Venedo- rum hos partem facit Cellarius (T. I. p. 390. 391. ed. Schw.). De cæteris autem ita Tacitus loquitur (Cap. XLVI.). "Peucinorum, Venedorum & Fennorum na- tiones Germanis an Sarmatis adscribam dubito: quam- quam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede ac domiciliis ut Germani agunt; fordes omni- um ac corporis; procerum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur. Venedi multum ex mo- ribus traxerunt. Nam quiequid inter Peucinos Fenos- que silvarum & montium erigitur, latrociniis pererrant.

§) II (§

Hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia & domos figunt & scuta gestant, & pedum usu & perniciitate gaudent, quæ omnia diversa Sarmatis sunt, in plaustris quoque viventibus. Fennis mira feritas, fœda paupertas, non arma, non equi, non penates" &c. Sensum verborum heic, quicquid etiam moliatur Cluverius, nullum alium esse posse, a præjudicio immunis quilibet videt, quam quod propendeat magis in eam sententiam, quæ Bastarnas sive Peucinos Germanis connumerat, utpote lingua moribusque iis similes; Fennos Sarmatis potius adscribere velit; de Venedis autem dubius quidem hæreat, sed morum tamen respectu proprius ablit, quin & hos Germanos appelleat. Conferri de iis potest Kirckmajerus l. c. p. 445. Universam vero de limite Germaniæ orientali quæstionem apprime illustrant antea saepius nominati Cluverius & Cellarius (l. c.) quorum ille in Borussia Livoniaque ad littus Codani sinus Venedos collocat (L. III. p. 189.)

§. IV.

Tertius sive ad Arcton limes, Oceanus quod fuerit, ex Taciti, Melæ atque Ptolomæi testimoniis allatis haud obscure colligitur: Eum insulis refertum crediderunt, quarum maxima esset Scandinavia. Hanc cum Germaniæ annumerarint, sequitur Sveones etiam, Danos Norvegosque prioscos, Germanorum olim appellationem fuisse complexam. (a).

(a) Mela L. III. Cap. III. "Supra Albitum Codanus ingens sinus, magnis parvisque insulis refertus est. Hac re mare, quod gremio littorum accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile; verum aquis passim

interfluentibus ac s^epe transgressis, vagum atque diffusum facie amnium spargitur: Qua littora attingit, ripis contentum insularum non longe distantibus, & ubique pene tantumdem, ut angustum & par freto, curvansque subinde se, longo supercilio inflexum est. In eo sunt Cimbri & Teutoni: ultra ultimi Germaniæ Hermones." Iste jam autem Hermones, ultra sinum Codanum colentes, qui esse potuere alii quam Scandiani? Lib. III. Cap. IV. Codanoviæ meminit, dicens: "Triginta sunt Orcades, angustis inter se diductæ spatiis, septem Hemodes contra Germaniam proiectæ, in illo sinu quem Codanum diximus. Ex iis Codanovia, quam adhuc Teutoni tenent, ut magnitudine alias, ita fecunditate antestat." Vid. Stjernhjelm Anticluv. Diff. III. p. 115. 116. qui pro Codanovia legit Cadanonia. Vossius (teste Cellario l. cit. pag. 394.) in optimis membranis Candanovia extare asserit scribendumque vult Scandinavia, prout habere ait probatora Plinii exemplaria, assentiente ipsi Gronovio; (cfr. & von Dalin Hist. Sv. T. I. p. 65. n. u.). Danicarum insularum maximam, quæ sedem Regiam jam habet, & Selandia vocatur, indigitari asserunt Ortelius, Cluverius, Cellarius (vid. Anticluv. Diff. III. p. 114. Cellar. l. c.). Teutoni hic Melæ nominati iidem forte sunt ac illi, qui una cum Cimbris expeditionem in Italiam fecisse memorantur. Videlur vero maxima pars eorum itineri se dedisse, cum non numerentur inter nationes Germaniæ a Tacito, qui Siones tantum in Oceano narrat; reliquos aut coaluisse cum aliis populis ab iisque subjugatos probabile ducimus, aut ipsos quoque peregre egressos nomen aliud adeptos, pristino ita paullatim evanescente: Spectare huc vocem illam adhuc non absimile opinamur. Cluverius, summus alias vir, sed cuius de Germania Antiqua operis insignem partem permultum vereor ne musæ comedissent nisi se Criticum jactaslet, prout est in veterum locis ad proprium

captum reformatis audacissimus ita heic etiam, quo Hollandos e Mela exsculpat, pro Hermonibus Hilleviones substituit; quod eo minus locum jam obtinere potest, cum ultimos Auctor hosce faciat Germaniae, quam ultra Hollandiam non esse extendendam inde sequeretur, prorsus contra adsertionem ipsius Cluverii, Oceanum Glacialem pro septentrionali termino venditantis. (Vid. Anti-Cluy. III. p. 125.). Nec illud quidem adhuc ostensum est, eosdem esse illos cum Hillevionibus Plinii Lib. IV. C. XII: "Incipit inde clarius aperiri fama ab gente Ingovonum, quae est prima inde Germaniae. Sevo mons ibi immensus, nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis, quarum clarissima Scandinavia est, incomptæ magnitudinis, portionem tantum ejus, quod sit notum, Hillevionum gente D. incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat." Clare docent hæc verba, Plinio æque ac Melæ Scandinaviam Germaniae annumerari. Nec obstat quod ille alibi Cap. XV. de insulis supra Britanniam sitis agens dicat: "Sunt qui & alias prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos: maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulem navigetur." Non enim propriam heic refert sententiam, sed aliorum narrationes exhibet & quidem, ut Grotio Prol. ad Hist. Goth. & Vandal. pag. 2. placuit, Massiliensium verba exscribit. Sveciam, Norvegiam atque Bergen emporium significari idem Grotius vult (p. 7.) probatque interpretationem Cellarius (p. 391.); Confusam vero valde horum, quicunque jam sint, Plinii auctorum notitiam fuisse, vel id pro argumento est, quod Nerigon & Bergos pro diversis habuerint insulis (cfr. Antiel p. 119. 120.). Ceterum per Scandiam forte Scania quoque tantummodo intelligi potuit, prout requirere videtur tributa eidem magnitudo, qua Norvegia seu Nerigo minor statuitur.

Nec id quidem improbabile appareat, Plinium ignorasse
 an hæ insulæ cum Scandinavia unum idemque fuerint,
 & diversis atque obscuris narrationibus deceptum, pro
 aliis quibusdam eas habuisse. Tertius quem pro Scan-
 dinavia Germaniæ Magnæ parte allegamus, Solinus est,
 Cap. XX. “*De insulis*, ait, *Germanicis Scandinavia ma-*
xima est; sed nihil in ea magnum præter ipsam. Nam
Glossaria dat Crystallum, dat & succinum, quod succi-
nun Germani gentiliter vocant glæsum”. Cfr. Conring.
 ad Tac. cit. pag. 120. qui a vulgari lectione recedit &
Gongavia scribit pro *Scandinavia*; eandem vero esse, &
 situs & magnitudo cum Pliniana descriptione congru-
 entes satis evincunt. Quartus erit Ptolomæus, qui L.
 II. C. XI. (Conr. l. c. p. 409. 410.) in *insulis Germa-*
niæ diserit numerat quatvor *Scandias*, ad orientem a
Chersoneso Ciimbrica sitas, earundemque tres parvas esse
 dicit, unam vero maximam orientalem, juxta *Vistulæ*
fluvii ostia, cuius etiam populos nominat, affirmans, te-
 nere ipsius occidentalia *Chædinos*, orientalia *Phavonas*
 & *Phiræsos*, meridionalia *Gutos* & *Dauciones*, media
Levonos; quos ex *Plinii Hillevionibus* truncatos, in a-
 liis *Cellarius* putat, pag. 392. De *Chædinis* *Gutisque* &
Daucionibus vid. *Dalin* l. c. p. 71. not. r. & s. ac 73.
 not. g. *Levoni* si cum *Hillevionibus* iidem sint, abscon-
 non videtur, quippe situ conveniente, opinio *Messonii*
 eos explicantis per *Ostrogothos Smolando*s que circa *Hol-*
weden saltum habitantes (cfr. idem p. 73. not. b.); sed
 aliam de *Hillevionibus* sententiam fovet *Jac. Wilde Hist.*
Prag. Sv. ed. Svec. cum notis, a filio *Nob. And. Wilde*,
 sub titulo: *Svenska Statsforsatningarnas Historia* Cap.
 II pag. 63. 159. 160. 161. per *Elivogar* illos explicans.
Colophonis loco addimus *Tacitum*, qui non tantum im-
 mensa insularum spatia, quæ Oceanum complecti ait, Ger-
 maniæ annumerando, *Scandinaviam* sub ea comprehen-
 dit,

dit (loc. cit. supra), sed & (ad finem libri, Cap. XLIV.
XLV.) in populis Germanicis recenset Sviones Sitones-
que, quibus Svecos Norvegosque eum intelligere, vul-
garis opinio est. Sic vero eos describit: "Svionum hinc
civitates, ipso in Oceano, præter viros armaque classi-
bus valent. Forma navium eo differt, quod utrinque pro-
ra semper paratam appulsui frontem agit: nec velis mi-
nistrantur, nec remos in ordinem lateribus adjungunt.
Solutum ut in quibusdam fluminum, ac mutabile ut res
poscit, hinc vel illinc remigium. Est apud illos & opibus
honbs. Eoque unus imperitat, nullis jam exceptionibus,
non precario jure parendi. Nec arma ut apud cæteros
Germanos in promiscuo, sed clausa sub custode, & qui-
deri servo: quia subitos hostium incursus prohibet Ocea-
nus. Otiosa porro armatorum manus facile lasciviunt. E-
nimvero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum
guidem armis præponere, regia utilitas est --. Svioni-
bus Sitonum gentes continuantur. Cetera similes, uno
differunt, quod femina dominatur: in tantum non mo-
do a libertate sed etiam a servitute degenerant. Hic Sve-
viax finis. Peucinorum Venedorumque & Fennorum na-
tiones, Germanis an Sarmatis adscribam dubito." Gro-
tius (l. c. p. 5.) pro Svionibus Sveones legendum vult;
cum Eginharto, Adamo Bremensi, Helmoldo, Chronicō
Sclavonico & Saxoni, itemque Ludovico Pio Imp &
Gregorio IV. Pontifici in Actis ipsorum, sic vocentur, quod
"neque refellere neque argumentis confirmare in ani-
mo est": Id certe inde sequi videtur, Sviones istos Ta-
citi & Svecos, perpetua veterum consensione pro una
gente fuisse habitos. Ceterum non Svecos solos, sed
& Danos Svionum nomine venire volunt; cui assertioni
obicem haud ponemus. (cfr. Kirckmaj. l. c p. 432. Wil-
lichius Part. II. 33. rel.). Ne vero quis existimet pro-
pterea de alia natione sermonem Tacito esse, quod ab-
solu-

solutam adeo Svionibus regiminis formam tribuat, notwithstanding, haud mirum esse si in tam dissitis locis describendis aliquid humani passus sit, incertiori interdum famæ fidem habendo. Si quid tamen nostri est in hac re judicii, haud absimilis videtur eorum sententia, qui ansam rumori primum dedisse contendunt duplicem, quam gaudebant antiquissimi Svioniæ imperantes potestatem, unam nimirum politicam, ipsis tanquam Regibus competentem, alteram ecclesiasticam ut facrorum insimul summis præfectis (Hsiverste Offer, Drottar); unde effetum, ut nihil esset momenti alicujus, ubi Principis et jam auctoritas non valeret, tametsi limitata circumscripta que legibus. Alias namque, prout de omnibus in genere Germanis valuit antiquitus illud Taciti (G. c. VII.): "Nec regibus infinita & libera potestas", ita de Svecis olim, non minus verum fuit Adami Bremensis effatum (cfr. Kirckmaj. p. 119.): "Sveones Reges habent, ex genere antiquos. Quorum tamen vis pendet in populi sententia, Quod in communı laudaverint omnes, illum confirmare oportet."

Sitones von Dalin l. c. p. 72. per adhabitantes Sigtunæ urbi Svecos explicat, eosque Tacitum a Svionibus non discernere contendit, nisi quod septemtrionem versus magis coluerint: Cum etiam in nummo quodam Olai Regis, Sigtuna Situn vocetur, facile inde formari Situnes vel Sitones. Videtur autem Tacitus revera illorum tanquam diversæ a Svionibus nationis ac hisce ad arcton continuatæ mentionem facere; certe Adamus Bremensis inter Sveones Sigténam urbem collocat, nulla adjecta Sitonum appellationis mentione. Wilde l. c. p. 259. 260. not. ex eo hoc impugnat fundamento, quod vix una, minus plures ad Sigtunam reperiri potuerint gentes, quas Svionibus contradistincte auctor potuerit. Pro vindicando Norvegis Germaniæ vocabulo, aliam adhuc

adhuc addimus rationem, ex similitudine lingvæ & morum desumptam; Hanc enim tanquam tutissimum inter populos diversos & gentes nationesque distingvendi fundatum secutum fuisse Tacitum, vel ex iis patescit abunde, quæ pro utraque parte affert argumentis, dum quæstionem tractat: utrum Peucini, Venedi & Fenni Germanis an vero Sarmatis adscribendi sint? de qua supra. Jam vero conferentibus domestica monumenta, extra omnem ponitur controversiam, Norvagos cum Svecis antiquitus eodem idiomate ac institutis fuisse gavilos: Sveci Germani Tacito appellantur, & id quidem ob convenientiam in his rebus cum cæteris istius nominis populis: Salvis ergo iisdem de utrisque apud scriptorem præmissis, prona consequentia ad eandem quoque deferatur necesse est conclusionem. Nec Tacito soli hoc in usu fuisse argumentandi principium, evincit Plinius l. IV. c. XII. ubi sic fatur: "Scytharum nomen usque quaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis prisca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum, ignoti prope cæteris mortalibus degunt." Unde vero istud evenire potuit aliunde, quam moribus, lingva, religione reliquisque institutis per bella, amicitias, fœdera aliaque commercia mutua immutatis, ac ad unius vel alterius harum gentium sensim genium conformatis? Quæ videlicet ambæ degeneres fuere ab antiquissimis Scytharum duabus tam magnopere decantatis in prisorum fastis virtutibus, simplicitate vitæ atque bellica fortitudine; illam Sarmatis in feritatem & ignaviam, hanc Germanis in rabiem & furorem, de die in diem magis vertentibus. Verba: "cetera similes, uno differunt, quod fœmina dominatur: In tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant" von Dalin ad demonstrandum jus succedendi fœminini sexus apud Svecos olim, interpretatur; Wildio repugnante. De Norvegis auctorem loqui, modo observavimus; sed nec de iis succedendi jus aliquid in-

innuit, multoque magis putamus cum Wildio, ea quæ dicunt congruere privatæ quam publicæ regiminis formæ aliquius descriptioni, ob Sacram in primis, qua clauditur periodus. Notum est enim, nec antiquitus adeo rarum fuisse, a fœminis administrari civitates, ut ideo solum tam singulari nota hac dignos Sitones existimaret Tacitus. Contra privatam Gynaecocratiam, sive ubi in familiis privatorum vir Fœminæ nubit, juxta illud Oweni: "Grammatici fugite hinc, hæc vir & hic mulier", apud veteres pro turbi & sanæ rationi adversa habitam, neminem forte antiquæ historiæ peritum fugere opinamus; quin hodieque populis, quos politiores nationes barbarorum nomine appellamus, idem credi, itineraria docent. Cum vero de Norvegis prædicare hujs generis muliebre regimen, certissima documenta prohibeant, incertiori famæ ac relationibus hyperbolicis id acceptum debere Germaniæ scriptorem, admodum probabile ducimus. Ceterum de occasione atque origine fabulæ varias conjecturas Wilde l. c. tradit, quibus jungimus quod de universis in genere Germanis Cap. VIII. ipse Tacitus narrat: "inesse quin etiam sanctum (mulieribus) aliquid & providum putant: nec aut consilia earum aspernantur, aut responda negligunt". Pertinere hic possunt quoque Heroinæ, sub nomine Skoldinder priscais septentrionalibus celeberrimæ, quas integras exercitus duxisse magnasque res gessisse notum, qualemque ex. gr. præter Thorbergam, Regem Ullerakerensem, ab ipso Wildio allegaram, fuisse Baugem, conjugem Twari & matrem Bosi, ex hujs & Heraudi historia constat (cfr. Dahl p. 466. 467. ref.).

§. V.

Tametsi vero communi hoc oculatiorum muniatur consensu, Scandinaviam antiquitus Germaniæ Magnæ extitisse portionem (*a*), impugnandam tamen sibi sententiam

tiam istam sumvit magnus Stiernhjelm (Anticluv. Dissert. III.), Scandiarum Ptolomæi nullam pro nostra agnoscendam contendens (*b*) atque Sviiones Taciti Svecos esse negans (*c*). Fervore autem disputationis contra Cluverium, adversariæ opinionis patronum, abruptum fuisse, facile quivis deprehendet, ac forsitan ignominia putasse Svecis, si Germanorum pars vocandi essent; qui metus quod præter necessitatem virum cæteroqui multis nominibus immortaliter de patria meritum occupaverit, ex infra dicendis patescat.

(*a*) Vid. Wilde Hist. Pr. Sv. (ed. Lat.) pag. 50. Diss. J. Amnell cit. de Sv. & Fen. Tac. Part. I. p. 4. Schurz-fleischius Diss. de rebus Sv. Goth. p. 16. Sheringham de Orig. Ang. c. IV. p. 77. Bernegg. Quæ in Tac. I. nec non Notarum in Tacitum Auctores Willichius Part. II. p. 23. Kirckmaj. p. 432. Cyriacus Lentulus Præf. p. 1. Dithmarus pag. 4. hujusque editioni inserti Ægidius Lacarius & Leibnitius, hic pag. 284. ille ad cap. I. Conringius Epist. ad Joh. Bunonem, quæ exhibetur in ed. sæpius cit. Notr. ad Tacitum; reliquæ.

(*b*) Ex assignatione cujusque graduum longitudinis & latitudinis id concludit, l. c. p. 113. & 114. Probabilitate autem sua non destitui putat, si quis Codanoviam cum duabus minimis Scandijs Ptolomæi sub insulis Daniæ comprehendi adstruat & maximam Guthlandiam (Jutland) esse, usque in Livoniæ extractam. Minores Scandias per insulas Danicas esse explicandas ultro largimur sed si Levoni in Livonia collocandi sint, quomodo quælo tum media Scandiæ tenere potuissent? Ex gradibus qua certitudine judicium ferri queat ante diximus. Sufficit congruere nomen Scandiæ cum Scandinaviæ appellatione, nec adeo discrepare situm quin observata illa quæ Geographus laborabat harum regionum ignorantia, confusam quandam ideam & explicationem patia-

fiatur. Alia enim non est in his oris, Danicis illis major terra, quam insulæ voce denotasse veteres sciamus; & Vistulæ fluminis ostiis oppositam esse, ac saltim quoad meridionalia, utpote Scaniam conterminasque provincias, quodammodo ad orientem a Cimbrica Chersoneso projectam, pariter quis negabit?

Ceterum non solus Stiernhielm, Scandias Proloemæ extra Scandinaviam posuit, sed & idem Joh. Georg. Eccardo, Origg. Germ. lib. I. §. 24. p. 46., quanquam longe alio ex fundamento, arrisit, quem refutat Carolinæ Academiæ illustre ornamentum Cel. Dn. Sveno Bring, Diss. de Scandinavia gentt. vagina p. I. §. I. Eandem itidem cantilenam præter alios cecinit Joh. Henr. Christ. Höter quidam. Caussidicus, quem vastæ molis librum, sibi titulo: *Geschichte der Deutschen an der Ostsee / bis zum anfange der grossen wanderung / oder alte / eigentliche und wahrhafte Scandinavia, publico promississe discimus ex Novell. Erud. Sveth. anni 1745. N:o 10. p. 39. 40.* ibique invictis, si superis placet, argumentis Scandinaviam de Svethico in Teutonicum solum transfretandam sibi sumfuisse.

(c) Rationem affert p. III. 112. quod tam deprædicatum & nobile nomen, ac tum temporis Scandinaviæ illud, Tacito magis quam vel Plinio ipsius coætaneo, cui Sviones in eadem non memorantur, ignotum non esse potuerit, si alias Scythiae oras simul describere in animo fuisse, quod tamen non fecit, sed tantum Germanicas, idæque Scandinaviam ut ad has non pertinentem reliquit, Sveonas putans, ut Svevos, aliam & eam propriam, a continenti Svevorum incolere insulam. Sed non adeo magni hæc objectio momenti videtur. Observamus enim, Tacitum per totum librum secundum populos tantum describere Germaniam, rarius injecta aliqua terrarum regionumque mentione; idque ob vagabundam incolarum vitam. Quod hic Scandinaviam, Plinius Sviones, omiserint, mul-

multæ esse potuerunt causæ, quas nostris seculis frustra
 forte plena quis luce donare tentaret: Talia exempla nul-
 lum Historico movebunt scrupulum, qui quod apud unum
 deficit, ex altero Auctorum supplere tenetur ejusdemque
 saepe rei gestæ varias circumstantias ex variis scriptoribus
 colligere necesum habet; cum pro diversa rerum cognos-
 cendarum occasione, relationumque suarum aliis atque a-
 liis fontibus, insigniter hi differre non nequeant, nec ra-
 ro, quod a priore aliquo antea descriptum inferior æra-
 te videt, id ut supervacaneum, lectorem vel expresse vel
 tacite & præsumte ad alterum illum remittendo, præter-
 grediatur. Quibuscum omnibus si conjungas, Sveones,
 quos a Sviōnibus distingvendi rationes desunt, communī
 medii ævi consensu per Svecos explicatos, ut §. præc. ex
 Grotio ostendimus, adhuc evidentius destruetur ambigen-
 di fundamentum. Certe cum Stiernhjelm Plini Scandi-
 naviam pro patria sua agnosceret, admodum miramur, qui
 fieri potuerit, ut non videret perspicacissimus vir, quod &
 ille Germaniæ ipsam, prout monuimus, non obscurè vindicet.
 His ita præmissis, sponte consequitur, Solini item e-
 jusdem nominis Germanicam insulam, sicut cætera ejus
 plurimæ, ex Plinio esse desumptam; ipso in primis Stiern-
 hjelmo farente (p. 121.), illum hunc per omnia sectari.
 Unde unum horum auctorum, ubi obscurius aliquando lo-
 quitur, ex altero esse illustrandum infertur. Ut autem li-
 ber omnino ab hac objectione sit, (pag. cit. & seqq.) Cluve-
 rum in eo castigat, quod Sevonem montem ad habitan-
 tesque Ingævones in Scandia collocet, ipse probatum iturus
 ad assertionem suam ex alio loco l. IV. C. XII. ubi V Pli-
 nius enumerat Germanorum genera, Vindilos, Ingævones,
 Ilævones, Hermiones & Peucinos, atque Ingævonus par-
 tem esse ait Cimbros, Teutonos ac Cauchorum gentes.
 "Ergone (inquit pag. 122. 123.) Cimbri, Teutoni, Cauchi
 in Scandia? Plures sub Ingævonus genere non continen-
 tur,

tur. An mons Sevo per totam Scandiam excurrat in Cimbros, Teutonos, Cauchos? Hillelionum gentem unam in Scandinavia nominat Plinius. Cur, si Sevonem putasset Scandiæ montem, hanc gentem, ut proxime accolentem, ab Ingevorum genere exclusit? At Plinius dicit montem Sevonem efficere sinum, in quo ipsa Scandinavia sita est. Qua ergo ratione ipsi Sevo in eadem ipsa Scandinavia existere potuit? Nugatur Cluverius, ne quid pejus dicam. A Cimbris itaque, ut in ultimo Germaniæ promontorio habitantibus, Germanorum post Scythas primis, incipit gens Ingævonum, indeque ultra in Germaniam ad oram littoralem, a primis nimirum Jutis" &c. Ast mirum in modum heic quadrata rotundis cœlumque terræ miscentur. Plures enim quam Cimbros, Teutonos Cauchosque sub Ingævonibus comprehensos non fuisse, quis Stiernhjelmio cavit? "Alterum genus Ingævones, ait Plinius, quorum pars Cimbri, Teutoni ac Cauchorum gentes." Si itaque pars tantum Ingævonum hi fuere, necessum est, præter iplios, plures adhuc alias nationes sub istac appellatione fuisse comprehensas, quæ jam non nominantur: Nec id quidem concedimus, omnes Ingævones in Scandinavia tantum querendos. Quæ duo momenta, sc. neque Scandianos neque Cimbros, Teutonos & Cauchos, solos esse Ingævones, si bene notentur, facile Stiernhjelmianæ argumentationis vis concidit, perspiciturque Hilleviones ab Ingævorum voce non excludi. Denique, quænam hic contradicatio: Sevo sinum in quo Scandinavia sita est efficit, & Sevo mons in ipsa Scandinavia situs est? Nulla sane, nostro judicio; Nam Sevo in Ingævonibus est, & sinus ambit utrosque, non mons sinum; atque nihil secius nunc ille efficit, nimirum aquas ex se in subjacentes terras & ex iis per annes lacusque in sinum mittendo, sive sua respectu istarum regionum altitudine faciendo, ut exinde in Codanum delabantur. Potuit tamen etiam jugum, ubi ex Lapponia Fenniam versus

sus se incurvando flectitur, sinuque Bothnicum includit, Plinio aliquo modo Codanum sive portionem saltim ejus ambire credi, in primis cum verbis proxime sublequentibus Eningiam item, sive Feningiam, sinus istius insulam facere videatur, quam opinione non minorem ait esse Scandinavia.

Ne vero aliquem offendat, quod Tacitus Siones, quos Hermionibus Plinius annumerat, Svevos appellat, hoc quoque dubium discutere allaborabimus. Est vero res repetenda ab origine; de qua sic Tacitus (Germ. c. III.): "Celebrant (Germani) carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae & annualium genus est, Tuistonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque. Mano tres filios assignant; e quorum nominibus proximi oceano Ingevones, medii Hermionees, cæteri Istævones vocentur." His duo genera Plinius addit, Vindilorum puta atque Peucinorum; loquitur autem ita (l. c.): "Germanorum genera quinque, Vindili quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guthones. Alterum genus Ingevones, quorum pars Cimbri, Teutoni & Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno Istævones, quorum pars Cimbri Mediterranei. Hermionees quorum Svevi, Hermunduri, Catti, Cherusci. Quinta pars Peucini, Bastarnæ, supra dictis contermini Dacis." Evitari heic dissensio inter scriptores ita potest, ut pars Sveorum, inque iis Siones, Ingevonibus, ad Oceanum scilicet proxime habitantibus, annumerentur, altera pars Hermionibus, media Germania tenentibus; prout ipse etiam Plinius unam Cimbrorum portionem Ingævones vocat, quod probabiliter euidem Chersonesi incolas concernit, reliquos mediterraneos sive interiora inhabitantes, Istævones nominat. De Ingævonus origine & denominatione controversiam Wildii & von Dalini vide in hujus Hist. Sv. Tom. I. p. 65. 69. 70. 323: atque illius Hist. Pr. ed. Sv. C. II. p. 63--66. 312. &c.

Cete-

Ceterum adhuc a Paulo Warnefrido quoque Scan-dinaviam fuisse Germaniæ annumeratam, locus hujus (De Gestis Longobard L. I. c. 2., Hist. Goth. & Vand. Grot. cit. p. 724) innuere videtur: "Pari etiam modo Wi-nilorum, hoc est, Longobardorum gens, quæ postea in Italia feliciter regnavit, a Germanorum populis originem dicens, licet & aliæ caussæ egressionis eorum ad-severentur, ab insula, quæ Scandinavia dicitur, adventavit; cujus etiam insulæ Plinius Secundus, in libris quos de natura rerum composuit, mentionem facit. Hæc igitur insulæ, sicut retulerunt nobis, qui eam lustraverunt, non tam in Mari est posita, quam marinis fluctibus, propter planitiem marginum terras ambientibus, circumfu-sa." Facili negotio cordatiorum perspicet quilibet, Dia-conum Forojuiensem jam Scandianos, a quibus originem-ducere Longobardos afferit, *Germanorum populis accense-re*, atque non Teutoniam modo, sed totam quoque Ger-maniam Magnam, ista voce complecti; licet nec ignore-mus, quomodo his verbis, de crinibus eadem alienum in sensum trahendo, abutatur ejus modo meminimus Höfer ille.

Neque id tantum fecisse scriptores antiquos depre-hendimus, ut disertis verbis Scandinaviam Germaniæ vo-cabulo completerentur, sed fluvium quoque ejus Götta Alf/ inter Germanicos referre Plinium atque Solinum, sunt qui contendant (Cfr. Göransf. Svea Kongars Hist. p. 314.). Ille Hist. N. l. IV. c. XIV. ita facit: "Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus, Vistillus sive Vistula, Al-bis, Visurgis, Amisius, Rhenus, Mosa." Hic (l. c. cap. XXIII p. 119. Conr.): "De internis ejus (Germaniæ) par-tibus Albis, Guthalus, Vistula, amnes latissimi præcipitant in Oceanum." Cluverius l. c. L. III. p. 178. pro latissi-mi legit altissimi, & p. 228. pro certo habet, Transma-rinæ suæ Germaniæ flumen Viadrum indigitari, dispu-tans

tans contra Junium, qui per Prussiæ fluvium Alle, Guttalum interpretatur, ipsumque sufficientibus argumentis refutat. Opponi ei potest, quod Plinius ordinem situs fluviorum a Septentrione versus Occidentem sequi videatur, ideoque etiam primo loco Guttalum posuerit & reliquos porro successive, prout quivis amnium huic cœli plágæ propior esset. Respondet (p. 229.): "Nec mirum si in locis tam a se suaque notitia dissitis fluminum ordinem non servaverit, cum ne in Italia quidem id fecerit. Solinus certe, erroris eum circa Guttalum coarguere voluit, dum inter Vistulam Albimque eum retulit." Ast quid hoc refugio opus, inquiunt nostrates, dum vel nomen ipsum Guttali nullum aliud patitur etymon, quam Gaut-alf, Gôta-âlf, qui Adamo Bremensi "Guthalba, per Gothorum populos in Oceanum fluens", appellatur? (Vid. Göransf. l. c.). Solinum quod attinet, ordine Pliniano verso, tanquam ab Occidente ad Septentrionem, in Sveonum quoque favorem quin allegari possit, nihil obstat. His tamen pro utraque parte ultro citroque prolatis rationibus, nostram istam controversiam non facimus, sed judicium cohibemus & ipse B. L. utram maius opinionem dispiciat.

§. VI.

Ex iis quæ dicta sunt, facile apparet, Plinio atque Solino, Germaniam a Sevone monte incipientibus (*a*), minime quidem derogandam esse fidem, at civiliter tamen nec nimis prese accipienda eorum verba, cum alias Norvegiæ non exigua portio ab hujus nominis communione esset excludenda. Num autem præter Chersonesum Cimbricam, Danicas insulas, Gothiam, Sveciam, Norvegiam, ad plures adhuc arctoas nationes Germanorum vox sese extendere veteribus credita sit, id aliquanto obscurius est. Recidit eo in primis quæstio: an & populi

puli Fennorum pro Germanis haberi debeant? quam quo
diutius animo revolvimus, eo magis in negando respon-
dentium partes inclinamur (b).

(a) Cfr. Von Dalin l. c. T. I. p. 10-12. 65. Melæ Hermo-
nes ultimi Germaniæ fuerunt; in aliis igitur hujos etiam montis
confinia tenere ipfos, credidisse videtur. Sunt qui contendant e-
osdem illos esse ac Taciti & Plinii Hermiones; Cum autem Ta-
cito Hermiones media inhabitare dicantur, quomodo cum ad Se-
ptemtrionem degere dici poterunt? Nescio, nisi aut diversos di-
camus Hermones ab Hermionibus, aut pari modo rem declaremus,
ac Aphorismo præcedenti cum Svevis fecimus, ut pars Hermonum,
& quidem Svevi generis, borealia Scandinavia accipient, qui
Plinii & Melæ sint; reliquis vero, qui Taciti, interiora Germa-
niæ concedantur. Neque mirum, in gente vagabunda & bellis de-
dita tantam deprehendi nationum mixtionem, una illarum regionem,
quæ paulo ante alterius & extitit & eredita fuit, pristinis possessoribus
vel depulsis vel subjugatis, mox invadente. Hinc illæ Antiquariorum
lacrymæ, hinc ista confusio & incertitudo, populis inter se partim
sangvine commixtis, partim in terrarum dominium sibi mutuo suc-
cedentibus; hoc equidem aut bello, aut facta meliorum sedium
quærendarum ergo commigratione. Adjice diversas quoque non-
nihil atates, & facilis evadet ænigmatis explicatio. Cæterum quod
ad præsentem quæstionem, nec magnopere refragabor, diversis mi-
nusque accuratis deceptum relationibus, alterum altero Auctorem
magis cæcutiens,

(b) Cluverius, terminum borealem Germaniæ faciens Ma-
re Septemtrionale, supra Norvegiæ ac Lapponiam situm, has u-
nacum Svedia, Fennorum Marchia, Scritofinnia, Biarmia atque
Fennigia eidem addit (L. I. p. 95. 97.) Faciunt paria cum eo
Lentulus & Ægidius Lacarius (ll. cc.). De Fennis consentit quo-
que Berneggerus (cit.); sed contrariat hisce diserte effatum Pro-
tomæi, §. IV. adductum, quem tamen in eo ignorantia recte ac-
cusat Cluverius (L. III. p. 202.) quod exiguum gentem Fenos di-
xerit atque ad Vistulam collocaverit, nisi quoad hocce posterius rei
momentum ita excusari queat, ut Gythonibus non Fenis ad Vi-
stulam illa habitacula inbuere dicatur; quod pro certo nihilominus
haud

haud venditamus. Plinium item ac Solinum, dum nulla Fennorum facta mentione, a Sevone monte incipiunt, sibi adversari, ipse Germaniae Antiquae Geographus, agnoscere cogitur (L. III. p. 177.): nec non Jornandem (inicio lib. de Rebus Geticis), cum Germaniam Scythiamque disternere Vistulam ait. Hisce autem omnibus Tacitum (p. 202.) opponit; quasi is scilicet Fenos Germanis adscriberet, in plaustro equoque vivere certum affirmans argumentum Sarmatici generis, pedum vero pernicitate gaudere ac usu, Germanici indicium contendens. Ast notandum, non ex his foliis de genere Venedorum, adducto loco judicare Auctorem, sed etiam ex aliis moribus, e. gr. scuta gestandi, latrociniis contermi-
nas regiones pererrandi &c. (cfr. Diff. Gab. Arctopolitani de O-
rig. & Relig. Fennorum, Praef. Fab. Törner, Ups. 1728. §. II.). Quas res in quantum de Fennis prædicari posse crediderit, faci-
le deprehendet quivis secum reputans quæ Cap. XLVI. de eisdem loquitur: "Fennis mira feritas, fœda paupertas, non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pelles, cubile humus.
sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Idemque venatus viros pariter ac foeminas alit. Passim enim comitantur part inque præda petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbrium que suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt juvenes, hoc senium receptaculum. Id beatius arbitrantur quam ingemere agris, illaborare domibns, suas alienasque fortuna-
s spe metuque versare. Securi adversus homines, securi adver-
sus Deos, rem difficillimam affecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus sit." Pro Sarmatis vero habere Fenos Tacitum, antea ex genuina ipsius explicatione ostendimus.

Aliam etiam asserti sui rationem Cluverius afferit, nimirum "quia portiones Fennorum ab universo corpore antiquitus avulsæ, Scritofinni ac Marchiofinni semper in hunc usque diem fuere Ger-
mani. Nec ipsi Finni in Fennia ab hoc genere, vel sermone vel moribus degenerant, nisi versus Corelliam, ubi ejusdem cum Lapponibus atque Corelliis sunt sermonis, multumque veterum morum, si quæ alia gens, pertinaciter servant." At quanta heic i-
gnorantia! Quæ Norlandorum, ii enim Cluverii Scritofinni sunt, cum Fennis generis, morum linguæque similitudo? Aliud est, si de Aboriginibus istius regionis sermo sit, quos prout in reliqua Swe-
cia, Fenos fuisse, temere haud negabimus. Marchiofinni qui

Wardhusia præfecturam colunt, nunc equidem Norvegia pars sunt; antiquis autem temporibus Sitonibus adscriptos, adhuc demonstratum non est. Et si concedatur etiam, hos æque ac Scritofinnois Germanis annumeratos fuisse, consequentur moribus quoque cum iisdem convenisse, quæ inde ad Fennos conclusio? quos diversissimis ab istis moribus descriptos modo vidimus. Omnis profecto Cluverianæ argumentationis vis ad loca quædam Auctorum perperam interpretata recidit (L. I. p. 97.). Sumit namque non probat, Tacitum (Germ. C. I.), ubi immensa insularum spatia Germania appellazione complectitur, & Plinium (Hist. N. L. II. C. CLIX.), dum pariter a Germania immensas insulas, non ita pridem compertas, cognitas sibi ait, Sveciæ & Norvegia regna, prout hodie sunt, intelligere: quod a partium studio præjudiciisque liber nemo nisi fallimur statuet. Ne denique ex lingua similitudine inter Svecos Fenosque aliquid concludendo, negotium nobis faceant quibus Svetlicorum vocabulorum haud paucorum deperditas radices inventi apud Fennos (nobis quidem non repugnantibus) visum est, tenemus, hoc quicquid est necessitudinis, deberi factæ circa Othonianam migrationem utriusque gentis commixtioni, Asianorum videlicet atque Fennorum, quorum hi eo usque vel soli vel simul cum aliis Scandiam incoluere. Ceterum lingua cognatio, sive si mavis identitas, generis quidem ejusdem communionem, aut etiam hujusmodi commixtionem, quamquam certo arguento inter diversos populos indigit, a diversitate tamen invertendo concludere, vel eadem ipsa (ex migrationibus, commerciis, pactis, consociationibus, &c. enata) mixtio vetat, prout solide declarat Wilde (Hist. Sv. Pr. p. 70. seq. Lat. ed.) qui etiam observat lingvam, qua utuntur Fenni & Aestii quæque cum Lapponum illa ejusdem originis est, Semgallia itidem populo cuidam Krevinge dicto atque pluribus Tartarorum nationibus esse vernaculam. At vero Aestios Germanos antiquitus creditos fuisse, dubio caret; sequitur itaque Germanorum nomen primario a morum atque vivendi rationis convenientia tribuisse gentibus exteris, secundario tantum ex lingua affinitate judicasse.

§. VII.

Septentrionalem ergo Oceanum supra Norvegiæ, Germaniæ latus ad arcton clausisse, concedere quidem Cluverio pos-

sumus, ad partem autem maris illius Lapponiam ambientem, id assertum extendere, unanimis vetat antiquorum consensus (*a*).

(*a*) Norlandia incolas, quatenus media Germania appellatio nis atate habitata fuit, licebit sub eadem includere, tametsi ab omni oppositi formidine immunem hanc thesin haud contendamus. Pugnat autem pro affirmativa sententia, cum quod regio Sevonem montem, a Plinio & Solino pro termino positum, ab altera adhuc parte habeat, quam qua Germaniam spectat, cum quod cultores eius a moribus lingua que Sveonum & Sitonum proprius recessisse olim, prout hodie quoque, deprehendantur; quin imo ejusdem cum eis originis sint. De Marchiofinnis modo diximus; nisi quatenus Lapponibus constiterint. Quod vero ad Biarmos Lapponesque in genere omnes attinet, eos inter Germanos fuisse computatos probans nullum extare novimus documentum. Loqui de illis videtur Tacitus, in fine libri sui: "Cetera jam fabulosa: Hellusios & Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum gerere. Quod ego, ut incompertum, in medium relinquam." Pertinent huc quæ habet Plinius (L. IV. C. XIII.) de Oonis, quos ovis avium & avenis vivere, Hippopodibus, quos pedibus equinis nasci, Panotiis, quibus nuda alioquin corpora prægrandibus ipsorum auribus tota contegi, fama fuerit. Idem prorsus ex Xenophonte Lampsaceno Solinus refert (Cap. XXIII. cit. Cluv. L. III. p. 203. 204.). Conspirant etiam Mela & Isidorus (ille Lib. III. Cap. V. hic L. XI. C. XIII. cit. ibid.), ita tamen, ut pro Panotiis Satmalos prior scribat, quo loco eum corruptum esse Cluverius statuit, supponens eundem ipsum auctorem, Xenophontem nimirum, secutum esse, ac Plinius & Solinus. Apud Tacitum item Hellusiorum nomen a Panotiorum voce vitiatum arbitratur; cuius scriptura scilicet, cum forte esset exoleta atque obscurata, imperitus quidam restituerit ex Plinio Phanesios, qui porro detorti sint in Hellusios: Phanesios vero habent vulgaria exemplaria, quod in Panotios emendat, duobus ex fundamentis: 1. quod Isidorus differte sic legat, & 2. etymologia quoque requirat, ut *lauroni* dicantur a grandibus auribus, prout *laurones* & *lauras* ab equinis pedibus & ovium esu, Oxionas Oonas esse debere, dubio non egere putat. Quæ omnia ingenio quidem, certe audacia, non destituuntur,

tur, veritate autem itidem ut gaudeant, permultum veremur. Ven Dalino (Tom. I. p. 74. not. 4.) Hellusii per Helsingos & fabula de Hippopodibus Panotijisque per indumenta ex ferinis pellibus coaptata, nec incongrue, explicantur: In hisce est quod Lapponibus in primis hodieque usurpatur vestimenti genus Lappmudor, cujusque hanc Paulus Diaconus descriptionem tradit: "Nec aliis, utpote feris ipsis non dispares (Scritofinni), quam crudis agrestium animantium carnibus vescuntur: de quotum etiam pellibus sibi in lumenta coaptant. Apud hos est animal, non satis assimile cervo, de cuius ego corio, ut fuerat pilis hispidum, vestem, in modum tunicae, genu tenus aptatam, confexi." Crudis carnis Lappones vesci opinatus est, quod nec sale vulgo utantur, nec assare aut coquere eas soleant. Oonæ denique, avium ovis viventes, nec ii forsan alii sunt quam Lappones, ex venatu tam avium quam reliquorum animantium cibum sibi parantes atque jaculandi artis peritissimi, ut de ipsis loquitur Saxo Grammaticus (Hist. Dan. L. V. cfr. Grot. Prol. p. 127.): "Sunt Finni ultimi septentrionis populi, vix equidem habitabilem orbis terrarum partem cultura ac mansione complexi. Acer iisdem telorum usus, nec alia gens promptiore jaculandi peritia fruitur: Grandibus & latissimis sagittis dimicant." Ova avium sylvestrium neque hodie forte Fenni Lapponesque spernunt. Talia autem quæ diximus commenta de Arctoi orbis habitatoribus finxisse Græcos Romanosque, a milibus ut plurimum nautisque, gloriosis atque portentosa referre omni ævo solitis, sua habentes, nemo inter miracula reponat.

Ceterum dum hæc scribimus, occurrit sententia Wildii, Hist. Sv. Pragm. (ed. Sv.) C. II. p. 137. qui Fenos Taciti per Lappones, Venedos vero per Fenos hodiernos explicat; quod sicut a communiori opinione recedat (Cellar. ed. Schw. pag 393.), tamen nec ideo improbabile est, in primis cum in Finlandiæ incolas multo magis quadriga Venedorum descriptio, quam Fennorum. Accedit quod Plinius (vii. §. nostr. III. not. init.) Venedos Eningiæ sive Fenningiæ incolas faciat, sinusque Venedici hinc nomen commode derivetur, ad quam Prothomæus quoque Venedos fuos collacat. Mores quos a Germanis mutuati Tacito dicuntur, Sveonum ab una parte, ab altera Peucinorum Aestiorumque commerciis debuisse, clare appetet. Germanos nimirum non fuisse, cum ex Pli-

Plinii (cfr. l. c.) & Ptolomæi testimoniis evincitur, qui Sarmatas
 eos appellant, tum ex maxima linguae diversitate (cfr. & S. nostr.
 cit. not. fin.); Othinianis denique placitis, quibus Germaniaæ Ma-
 gnæ imperium deberi infra elucescat, non paruisse olim Fennos,
 notum est. Hellusii Oxionæ cæterique haud eo fecius & ipsi ex
 Lapponibus, simul cum Norlandis & aliis Septemtrionalibus, con-
 fici esse possunt; nisi per Fennos Finnomarchiæ tantum in Norve-
 gia incolas Tacitum indigitare dicas, qua ratione Ptolomæi quo-
 que narratio declarari posset, ejusque ~~intra~~ respectu majorum, Pa-
 starnarum, Peucinorum, Venedorum &c. exigua gens appellari.
 Si Wildii sententiam amplectemur, quamquam Venedos Fennos fa-
 cturi sumus, ideo tamen non negabimus Borussos aut Livonos quoque
 Venedos fuisse; ut sic Sinus qui Venedicus dicitur, eo majori ju-
 re nomen nactus sit, cum utrumque ejus littus Veneris habitaretur.
 Æstios fuisse Livonos hodiernos, saltim hos in aliis comprehen-
 disse, ultra contendimus; neque Cellario itaque negamus Vene-
 dorum gentis constituisse partem, quamvis ut diversæ nationis
 Tacitus simul mentionem faciat. In iis, quæ thesi Wildianæ ob-
 icem forte ponere credentur, erit hodieque Fennis usurpatum Rus-
 sorum nomen, dum eosdem Wendalifet appellant, voce sane cum
 Venedorum denominatione, probabili etymologia eadem; sed &
 hoc, observata inter scriptores extraneos & ipsos incolas distin-
 gione, facile declaratur. Quamquam enim Fenni, se (Suomalais-
 set) a Venedis (Wendalifet) discernant, aliqua tamen hoc non ob-
 stante ex Germanicarum in vicinia gentium commercio similitudo,
 peregrinis facile imponere potuit. Si vero non scriptores tam quam
 rerum ipsarum documenta sequenda sunt, vel ex his illi explican-
 di, tum genuini Venedi esse videntur ejus Livoniae partis quæ
 Letten vocatur habitatores & Curlandi, lingua hos ab Æstiis &
 Fennis separante (cfr. Description de la Livonie, p. 324.). Nec
 aliam caussam quam eandem hanc, qua exteri scriptores laborabant,
 Geographiæ nostraæ ignorantiam, Fennos ad Venedorum nomen Rus-
 sis imponendum, seu potius ad continuationem sic usus pandi eos moris,
 impulisse putamus. Factum nimurum ex prædictis illis cæbris emi-
 grationibus sediumque mutationibus forsitan est, ut Venedi, pro-
 rumpentibus paullatim populis aliis, Russiam relinquentes, Let-
 tiam ipsi Curlandiamque occuparent; unde porro in Borussiam, in-
 deque ad Baltico mari adjacentes Germaniaæ oras, Pomeraniam,

Ducatum Megalopolitanum &c. venisse, annales tradunt: ad quas omnes mutationes non respiciendo, Fenni, appellationem Venetiam non tam cum gente quam regione connectentes, etiam novis eam advenis tribuerunt. Sed relinquimus in his rebus, ceu invicem sibi ubique pene contradictoriis, cuiilibet pro lubitu conjiciendi libertatem.

§. VIII.

Ad plagam cœli Occidentalem limes fuit Rhenus, (*a*) Galliam a Germania distinxans (*b*).

(*a*) Præter eos quorum §. I. not. e. adduximus testimonia, alii quoque hanc sententiam confirmant. Cæsar Bell. Gall. L. I. c. I. p. 17. (ed. Amst. 1665.): "Proximi sunt (Belgæ) Germanis qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bella gerunt, quæ de causa Helvetiæ quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quod fere quotidianis præliis cum Germanis contendunt, quum aut suis eos finibus prohibent, aut ipsi in eorum finibus bella gerunt." Lib. IV. Cap. XVI. pag. 82. 83. Sicambri Romanorum legatis respondent, antiquum suos inter ac Gallos terminum Rhenum esse, quem ideo transfire hi non deberent. L. VI. C. XXIV. p. 132. idem indigitat, dum sic loquitur: "Ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute superarent & ultiro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea quæ fertilissima sunt Germaniæ loca, circa Hercyniam sylvam, quam Eratosteni & quibusdam Græcis fama notam esse video, quam illi Orciniam appellant, Volsæ Tectosages occuparunt atque ibi confederunt. Quæ gens usque ad hoc tempus iis sedibus se continet, summamque habet justitiae & bellicæ laudis opinionem. Nuncque in eadem inopia, egestate, patientia, qua Germani, permanet, eodem victu & cultu corporis utuntur." Consentit Strabo Lib. VII. p. 200. "Statim ergo trans Rhenum post Celticos populos, Orientem versus sita loca Germani incolunt." Quibuscum paria alibi passim habet; Cfr. Cluv. L. I. p. 96, qui & p. 28. ad stipularem exhibet Dionem Lib. XXXIX. his verbis: "Rhenus ex Alpibus Celticis paulo extra Rhætiam oritur: inde versus Occidentem profluens, ad sinistram Galliam ejusque incolas, ad dextram Celtas dividit, tandemque in Oceanum exit. Hic quippe

pe limes usque in hunc diem earum regionum habetur, ab eo tempore quo diversa nomina adeptæ sunt. Siquidem antiquissimis temporibus populi isti, ad utramque fluminis ripam colentes, Celtæ appellari fuere." Neque ideo de aliis sub Celtarum hic nomine loqui Cassium quis existimet, quod Strabo Germanos post Celticos populos collocet siveque ab iisdem distingvat, Hoc enim ex Libro I. Strabonis facile refellitur, ubi cœli terraque regiones in quatuor partes distributas fuisse ait, habitarique versus subsolanum ab Indis, austrum ab Æthiopibus, occasum a Celtis, aquilonem a Scythis (vid. Anticlav. p. 99.). Cum vero omnes versus occidentem populi Celtæ ei dicantur, quare ab hac appellatione Germanos excludemus? Patet res ulterius ex loco quem §. II. not. b. citavimus. Ammianus Marcellinus Hist. Rom. Lib. XV. Cap. XXVII. (Conring. p. 146.) Gallos in primis Celtas vocat: "Temporibus priscis, cum laterent hæ partes, ut barbaræ, tripartitæ fuisse creduntur, in Celtas. eosdem Gallos, divisæ & Aquitanos & Belgæ, lingua institutis legibusque discrepantes. Et Gallos quidem, qui sunt Celtæ" &c. Apparet igitur utrosque populos, tam Gallos quam Germanos, Celtas audivisse, indeque promiscuam denominationem ortam. Dio etiam (Lib. LIII. cit. Cluv. L. II. pag. 187.) ipse se declarat, dicens: "Celtarum quidam, quos Germanos adpellamus" &c. Lipsius ex Plinio juniore, in Panegyrico Trajano Cæsari dicto, ad Pyrenæum usque improprie Germaniam extendit, eamque pro Gallia, non aliter quam hæc pro illa sumitur, latiori significatione accipi opinatur (Cluv. Lib. I. p. 93); Sic autem Plinius ille loquitur (p. 327. 328. Opp. ejus ed. Lugd. Bat. a:o 1653): "Germaniamque, quam plurimæ gentes ac prope infinita vastitas interjacentis soli, tum Pyrenæus, Alpes immensæ que alii montes, nisi his comparentur, munijunt dirimuntque, per omne hoc spatum quum legiones duceres, seu potius (tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum unquam, non equum respexit." Roborem sententiæ addere putat Senecam (Epist. Consol. ad Helv. C. VI.): "Pyrenæus transitus Germanorum non prohibuit." Quod ad Plinium, cum ille tanquam ex Hispania invasurum Germanos Imperatorem suum consideraverit, male ipsum Lipsius intellexit; Senecam vero allegato loco huc non pertinere, Cluverius (cit.) ex Floro L. III. C. III. ex Plutarcho in vita Marii & ex Livi Epitomatore ostendit, testantibus Cimbros, Teutonos & Tigurinos,

vastata Gallia & Pyrenæo monte transgresso, Hispaniam depopulatos esse. Pertinet hic & forsan Plinius major Hist. N. lib. III. Cap. III. nationis in Hispania citeriore mentionem injiciens, sub nomine Oretani, quos etiam Germanos cognominari ait, quique forte hujus vel alius similis expeditionis reliquæ fuere.

(b) Ita quidem antiquissimis temporibus erat, postea vero, multiplicato & crescente utrobique hominum numero, expeditiones partim a Gallis in Germanorum, partim ab hisce in illorum terram factas, auctores memorant. De Tecto agis Cæfarem modo audi-
vimus. Sed idem & Germanos Gallæ occupasse regiones docet Lib. II. Cap. IV. p. 48: "Quum ab his quæreret, quæ civitates quancæque in armis essent & quid in bello possent, sic reperiebat: plerosque Belgas esse ortos a Germanis, Rhenumque anti-
quitus transductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosque qui ea loca incolerant expulisse; solosque esse qui patrum nostrorum memoria omni Gallia vexata, Teutonos Cimbrosque in-
tra fines suos ingredi prohibuerint. Qua ex re fieri, uti earum re-
rum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re mi-
litari sumserint." Rationem quoque, cur Germanis sui temporis in-
feriores fuerint Galli, l. VI. c. XXIV. p. 132. subministrat, dum mox
post verba not. præc. modo cit. ita fatur: "Gallis autem propinquitas
& transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atq; usus largitur:
paulatim assuetati superari multisq; prœlliis visti, ne se quidem i-
psi cum iis (Germanis) virtute comparant." Ceterum pleni sunt horum
expeditionibus annales ac frustaneus fore eas omnes enumerandi co-
natus. Populos autem Germanicæ cis Rhenum originis hosce enumerat
Cluverius L. II. p. 129: *Tribochos, Nemetes, Vangiones, Treveros, Tungros,*
*Sunicos, Ubios, Gugernos, Menapios, Toxandros, Batavos, Caninefates, Ner-
pios, Sveconos, Bethasios: Cfr. Cellar, l. c. I. II. c. III. Sect. VII. seq. usq;*
*XIII; qui Sect. XI. hic pertinere etiam ostendit Caeresos, Condrujos, Ebu-
rones, Pernanos, Segnos, ex Cæs. l. c. C. XXXI. & L. II. Q. IV. Vid. &*
*Bernegg. Qu. l. Kirckmaj. pag. 4. aliosque de Germanie Magnæ finibus agentes,
quos in antecedentibus citavimus. De omnibus autem gentibus Rhenum transgres-
sis valet dictum Dionis Casii, Libr. III. apud Cluverium Libr. II. pag. 187.
"Celtarum quidam, quos Germanos appellamus, quum omnem Galliarum regionem
qua Rheno adjacet occupassent, efficerunt uti Germania appellaretur." Atque hinc
est Germania in Magnam seu Barbaram vel Transrhenanam & in Cisne-
nanam, frequenter apud scriptores occurrentis distinctio.*

D. D.

DISSERTATIO HISTORICA

DE

GERMANIA MAGNA

CUJUS

Partem Secundam & Tertiam

*Consensu Ampliss. Facult. Phil. in Regia Acad. Aboënsi
Publicæ bonorum censuræ submittunt*

SIGFRIDUS PORTHAN

ET

JOHANNES FABRITIUS

Wiburgensis.

Die XVIII. Decemb. Anni MDCCXLIV.

L. H. Q. A. M. S.

ABOÆ,

Impressit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

Summe Reverendo atque Celeberrimo VIRO
D: NO PAULO KROGIO.
S. S. Theologie DOCTORI, LECTORI ad Regium
Gymnasium Borgoënsē & Venerandi Consistorii
Ecclesiastici Adseffori.

Et merita Tua, Summe Reverende Domine DOCTOR, in literas, tam magna sunt, ut splendor dignitatis Tuæ neminem fugiat; & quotquot indulgentiam Tuam sunt experti, sinceram venerationem, jureque maximam, pectore unquam exuere nequeunt. Quos inter etiam ego, gratissimo recordor animo, favorem illum plane singularem, quo continue paternam meam domum amplexus es; ideoque hac mihi occasione tanto minus temperare possum, quin opus hoc Academicum, a me propediem defendendum, ceu pignus veræ in Te pietatis, Celeberrimo Tuo Nomi*ni* conscrem. Munus Te, Vir Summe Reverende atque Celeberrime, confido non alia ex re æstimaturum quam offerentis intentione, hanc vero esse benigne explicaturum, votaque illa æqui bonique consulturum, quæ pro Tua Tuorumque perpetua salute & perenni flore, calidissima fundere, dum vixerit haud unquam desistet

Summe Reverendi atque Celeberrimi
NOMINIS TUI

Cultor & cliens humillimus
JOHANNES FABRITIUS.

Krono Befallningsmannen och Vice-Håradshöfdingen
Adel och Högachtad

Herr G A B R I E L
W A L L E N I U S,
Min Gunstige Gynnare.

Jag nyttiar nu med så mycket större nöje / som min lång-
tan däröster aldrig varit trågen och upriktig / et bes-
gwämligit tilfälle at offenteligen för Adel och Högachtade
Herr Befallningsmannen och Vice-Håradshöfdingen betyga
min högachtning / samt behedra mitt första Smille-prof med
en så wärdig Gynnares namn. Jag anhåller och gör mig
tillika försäkrad / at denna min dristighet med bewägenhet
warder ansedd; skolandes där emot hvarken glömska vara i
stånd at utsläcka eller tiders omfiststen at förbyta min er-
känsla / wälmeming och tilgivwenhet. At den oinskränkt rå-
dande Allmachten täcktes bekröna både alla Edra lesnads da-
gar med mångfaldig timmelig sällhet / och låta Eder sedan
niuta den osörwanfeliga lott som dem utvaldom är för-
warad / det skall jag aldrig hålla för en angelägen del af mina
böner och önskningar; beständigt framhårdandes

Adel och Högachtade Herr Befallningsmannens
och Vice-Håradshöfdingens

Domine tienare
JOHAN FABRITIUS.

VIRO Perquam Reverendo atque Doctissimo
D: NO CLEMENTI
FABRITIO,

Ecclesia quæ DEO in Pieämäki & Haukivuori colligitur
SACELLANO Vigilantissimo.

PARENTI OPTIMO.

Quum tot tantaque exstent paterni Tui in me amoris, Paren̄s Opt̄o-
me, documenta, ut nec verbis quidem eadem digne celebrare, ne-
cum ipso unquam opere compensare valeam, haud scio an pejus aut
surpi ualiquid committi a me posset, quam si publice gratitudinem pie-
tatemque meam testandi occasionem, oblatam negligerem, atque hanc
etiam Tua solummodo indulgentia & impensis debitam. Venerabundus
ergo hoc Tibi opus Academicum offero, cuius jam suscepta defensio tene-
ras exhibebit ingenii mei primitias; hoc esse grati mei animi signum
volo, dum a viribus luculentius eundem demonstrandi me destitutum sena-
tio, Tibi, Pater Carissime cui uni simulac Matri Indulgentissime & via-
tam & educationem, omniaque illa qua indefessa vestra cura prospera
mibi acciderunt, accepta refero; Vobū inquam, ex intimo pectore vo-
deo ut large rependat collata in me beneficia nū, qui solus & scire qua
utilissima sunt & dare potest, DEUS Ter Optimus Maximus, omnis bo-
ni fons atque origo! Mihi vero idem Summus rerum omnium Author
& Arbitrus sincerum perpetuo conservet animi affectum ad assiduam
continuamque recoiendam beneficiorum vestrorum memoriam! Sic in
haud unquam intermissione & seriu persistens, pro omnigena vestra felici-
tate & incolumentate, precibus atque suspiriis, ad mortem usque nullo
non tempore inveniar

PARENTIS OPTIMI

filius obedientissimus
JOHANNES FABRITIUS.

§. IX.



antum ab acceptance hodierna recedens Germanorum vocis significatio, tamque multis populis communis eadem appellatio, unde originem ducant, disquirere, inanis aut nullius pretii res haud videtur: atque est etiam versata hic sedulo multorum magni nominis virorum industria, quæ rem in se obscurissimam omnino difficillimamque, assidua investigatione, longe clariori jam luce, ac fuit paucissimis tantum radiis micans prima ipsius facies, donavit. Sed prout nulla est res bona, cui abusus maculam adspergere quandoque nequeat, ita hic quoque multum impedimenti facit, licentiae non raro natales debens, maxima sententiarum varietas. Fundamenti equidem loco, nec inepte, substernere ut plurimum solent Taciti de Germanorum nominis populorumque origine relationem, quæ libri ejus saepius citati tertio Capite sic legitur: "Celebrant carminibus antiquis, quod unum (a) apud illos memoriae & annalium genus est, Tuistonem (b) Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Hermione, cæteri Istævones vocentur. Quidam autem licentia vetustatis plureis Deo ortos pluresque gentis conditores, Marsos, Gambrivios, Svevos, Vandalios affirmant: eaque vera & antiqua nomina (c). Ceterum Germaniae nomen recens & nuper (d) additum (e): quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani (f) vocati sint. Ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paullatim, ut omnes primum a victore (g) obmetum, mox a se ipsis (h) invento nomine Germani vocarentur." Ast hic ipse locus diversissimis tam lectionibus quam interpretationibus, quovis ad suum placitum,

& de crinibus saepe, auctoris verba trahente (*i*), mire vexatus est (*k*).

(a) Sequimur jam editionem Berneggeri: aliae habent "unicum;" quod etiam verisimile magis videtur, ex Cap. XIX: "Litterarum secreta viri pariter ac foeminæ ignorant;" Cfr. Conring. præf. cit. p. 41. seq. ubi apud vernaculae suæ lingvæ scriptores, memoriam ante Friderici II. Imperatoris ætatem rerum Germanicarum nullam occurrere confitetur. Aliud tamen visum est Schützio, in libro cui titulus: *Der Lehrbegreiff der alten Deutschen und Nordischen Völcker von dem Zustand der Seelen nach dem Tode überhaupt/ und von der Hölle und dem Himmel ins besondere/* p. 23. usque p. 29; quo cum paria facientem Seelenium, adducit Clestelius, in *Præcognitis Theol. Vet. Germ. Antiquitatibus Germ. Septentrional. suis insertis*, §. XVII.

(b) Sunt qui Tuitonem, Tuitsconem & Tuisconem legant. Communiter ab hoc Tuisconum nomen ortum putant; cfr. Conring. Nott. p. 40. Cum Thot Ægyptiorum convenire ait Lentulus p. 5 Cluverius magnas hinc res, per totum Germ. Antiq. opus & in primis lib. I. molitur. Inter cætera deridicula hinc etiam Danos a Tuisconis prognatos, Dan a Theut & Danske a Teutsche derivando, affirmat. Cfr. Antiq. Cluv. Diss. III p. 124. & Verel. Nott. ad Hist. Gotic. & Rol. p. 43. 44.

(c) Hinc & ex Cap. 4. ubi Herculis inter Germanos vestigiorum Auctor meminit, adhibita Berosi Hebræorumque collatione, decem Germanorum Reges, ordine se invicem sequentes, Willichius Part. I. 3. exsculpit, qui fuerint: Tuisco, Mannus Ingævon, Hermion, Marsus, Gambrivius, Svevus, Vandalus, Teuton, Hercules Alemannus: qua probabilitate, facile quivis judicabit Nobis ista reges singendi methodus perniximum monasterio fectere videtur. Conf. & Joh. Hübner, *Historische Fragen* Tom. V. p. 5-8.

(d)

(d) Verbum hoc “nuper,” omnium consensu, respectu cæterorum nominum, Gambriviorum nimirum, Svevorum, Vandalarum Marsorumque, intelligendum est. Cum enim Cæsar jam in Commentariis suis frequentissimam Germanorum injiciat mentionem, in se nupera esse denominatio a Tacito dici non potuit; quinimo altius adhuc ejus natales alii repetunt, prout mox dicemus. Vid. Cluv. L. I. p. 87. L. II. p. 99. Lacarius ad Cap. II. & Disl. de primis Scondiæ habitatoribus & quibusdam eo pertinentibus, Jonæ Tybergh Lond. Goth. præf. Andrea Stobæo, §. X.

(e) Kirckmajer. &c. “auditum” volunt.

(f) Eadem Kirckmajero est: “Tunc Tungri, nunc Germani.” Berneggeri lectionem Lipsio teste tuetur Codex Bambergensis & auctore Pichena Bononiensis; quod etiam majoris auctoritatis videtur; cum adhuc Taciti ævo multoque postea floruerit civitas Tungrorum, de qua ipse non semel in Historiarum Annaliumque libris commemorat. Cfr. Conr. p. 41.

(g) Cluv. “Victores a victis ob metum.” Conr. l. c.

(h) Lips. “a re ipsa” (id.). Plures equidem sunt ad ductorum Taciti verborum variantes lectiones, sed quas hic recensere, operæ pretium haud videtur, cum vel ex his satis superque commentatorum licentia eluceat. Atque nescimus sane, an sit inter veterum scriptorum monumen ta aliquid, audaces Criticorum conjecturas magis expertum, hoc Taciti de “situ moribus populisque Germaniæ” libro, in eo vero, illo quem jam tractamus loco.

(i) Vel unum exempli loco proferimus Eggelingium, Miscell. Antiq. Germ. Disl. I. cit. Dithmar. p. 16. seq. qui ut Cimbros a Mario cæsos Romanis primo Germanorum nomen notum fecisse ostendat, sic Tacitum interpretatur: “Ceterum Germaniæ vocabulum” respectu antiquorum, Marsorum &c. nominum “recens & nuper” deflagrante Cimbro bello “additum; Quoniam qui” ex Chersoneso illa

Celtica, quæ nunc Cimbrica dicitur, prorumpentes “Rhenumque transgressi, primi Gallos,” id nominis a tempore Brennonis ducis jam ubique adeptos “expulerint, tunc” Cimbri “nunc Tungri, Germani vocati sint. Ita” vero “nationis” Germanorum “nomen, non gentis” Cimbrorum “evaluisse paullatim, ut omnes” Rhenum aliquoties transgressi, Celtarum Cisrhenanorum & Gallorum, diversa haec tenus singulatim habentium nomina, expulsores, “primum a victore.” populo animo, ferocia & strenuitate in præliis invicto, a Gallis conterraneis suis “ob metum” Cœtico vocabulo Cimbri, “mox” cum a Mario sibi fratribusque suis, Teutonibus, Ambronibus, Tigurinis & Tugenis agrum & oppida poscerent, quæ ad sedes suas ponendas essent satis, ab hac fratriis nomine utendi ratione “a se ipsis inventa,” Marianis militibus aliisque populis “Germani vocarentur;” a voce nimirum Latina “germanus,” fraternitatem indigitante. De ipsa re infra sententiam dicemus: Dithmarus temporis inter alia eam vitio laborare putat, cum “Germanorum nomen Cimbrorum bello multo sit antiquius atque longe antea Marcus Claudius Marcellus de Galleis, Insubribus & Germaneis triumphasse, in Fastis Capitolinis, apud Stephanum Vinand. Pighium, Annal. Rom. Tom. II. p. 26. referatur.”

(k) Genuinam autem explicationem hanc esse, evidenter quisque perspiciet, cohærentiam textus & circumstantias historicas perpendens: “Ceterum Germaniæ vocabulum,” respectu antiquiorum illorum, “recens & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri” dicuntur, “tunc vocati sint Germani.” Hoc vero “nomen,” quod primo “nationis” Tungrorum tantum fuerat, “non” autem totius Germanorum “gentis,” paullatim tamen “ita evaluisse,” sive latius se extendere cœpisse, “ut” ad postremum, succellu temporis, “omnes Germani” sic “vocarentur,” idque “nomine primum a victore,” popu-

populo Tungrorum, "ob metum" victis Gallis incutiendum; "invento, mox a se ipsis" quoque intellecto, utpote ex vernacula sua lingua desumto. Seu, us adhuc clarius rem exponam: Tungri victoria feroce, ad ulterius terrendos Gallos, adversa fortuna jam antea fractos, primum invenere nomen Germanorum, idque usurpare cœperunt; ast reliqui populi, ejusdem cum Tungris gentis originisque, cum significacionem vocabuli in proprio idiomate haud difficulter invenirent atque inteligerent, se non minus dignos tam honorifica voce quam Tungros crediderunt, eamque & ipsi usurparunt; unde factum paullatim, ut ad universum illum tractum terrarum, qui Vistulam & Rhenum, Danubium & Oceanum interjacet, Germaniae nomen pertinere, exteris pariter atque indigenis in confessio esset.

S. X.

Natio ista Tungrorum, Germaniae Germanorumque vocibus natales præbens, ultra Rhenum postea in Gallico solo degebat, postquam hunc fluvium semel transgressa fuisset, & subsequentibus quoque temporibus diu agrum, cuius caussa expeditionem susceperebat, perpetua possessione tenebat (a). Tempus vero hujus migrationis, deficientibus scriptorum testimoniis, certo definiri quidem nequit; ante Cimbricum tamen bellum multo contigisse videtur. Immo Marcelli quoque tempus vel antevertit eadem, vel ipsi coætanea fuit (b).

(a) Meminit ejus rerumque ab ipsa gettarum, prout modo observavimus, pluribus Annalium Historiarumque suarum locis Tacitus. (cfr. Cluv. Lib. I. p. 100.). Plinius L. XXXI. C. II. fontem ait esse in Tungri Gallorum civitate, ferruginei saporis, qui corpora purget & febres tertianas calculorumque virtus discutiat: Aquas ad Spaham vicum in agro Leodicensi intelligi volunt Cluverius (lib. II. p. 100.)

& Cellarius (Tom. I. Lib. II. Sect. XI. §. 132. p. 274). Idem
 Hist. Nat. Auctor Lib. IV. Cap. XVII. populum quoque
 Tungrorum nominat. Cujus Willichius I. 4. vestigiis sua
 ætate annumerat Tungerheim vicum & Tungersee oppi-
 dum, non ita longe ab Agrippina Colonia. Eosdem cete-
 rum esse Tungros multi opinantur cum quinque populis,
 Eburonibus, Condrusis, Segnis, Cæresis & Pæmanis, quos
 uno nomine Germanos suo ævo vocatos afferit Cæsar (lib.
 VI. cap. XXXI. p. 135. & lib. II. cap. IV. p. 49), postea
 vero ortam esse Tungorum appellationem putant; cuius
 rei demonstrandæ argumentum Lacarius profert, quod a-
 lias in Galliæ descriptione hic eos haud omisisset. (Conf.
 Wachter. Glossar. Germ. p. 556. seq. sub voce Germani,
 nec non Dithmarus pag. 17. 18. Cluv. & Cellar. II. cc.).
 Potentiores fuisse cæteris Eburones Cellarius observat, quo-
 rum habitationem inter Rhenum & Moesam, ex Cæsare, tra-
 dit fuisse, qui & castellum in finibus eorum Atuaticam,
 extitisse testatur (Cap. XXXI. & XXXIV.). Hoc castel-
 lum postea in urbem excrevisse, infert ex Ptolomæo (lib.
 II. cap. IX.): “Dein ad Tabudam fluvium Tungri & op-
 pidum eorum Atuacutum;” ubi tamen errore transpositæ
 sint litteræ scribendumque Atuaticum. “Postea, inquit por-
 ro, hoc castellum Atuaca dictum est, ut in Tabula Peu-
 tingeriana, vel Adoaca Tongrorum, ut in Itinerario Anto-
 nini. (p. 174.). Sub idem tempus etiam gentis nomen as-
 sumit & urbs ipsa Tungri dicta est. Ammianus Marcellinus
 Lib. XV. Cap. XXVII: Secunda Germania, Agrippina &
 Tungris munita, civitatibus ampliis & copiolis.” Cum hisce
 Cellarii congruunt quæ habet Cluverius Lib. II. pag. 70:
 “Ptolomæo legitur Αγριππινη Ταγρον, manifestissimo men-
 do, pro Αγριππινη, sicut legendum esse, ex Cæsare, Tabu-
 la provincialium Galliæ & Antonino patet. Idem Ptolomæus
 unum id Tungorum oppidum refert, unde caput gentis
 fuisse, colligere licet. Atque eandem ob causam Antoni-
 nus,

nus, haud contentus ipsum oppidum nominasse, etiam gentis, cuius caput erat, nomen adposuit. Eademque ratio fuit auctori Tabulae, cur id primariæ urbis figura depingeret. Hodie in mediis, quos supra circumscripsi, Eburonum finibus visitur oppidum, vulgari vocabulo Tongern/ alia dialecto Tungren. Hoc Atuatucum Tongrorum esse uti credatur, ea persuadet ratio, quod posterioribus seculis, ut supra ostensum, principes gentium per Galliam urbes, abjectis veteribus propriisque vocabulis, ipsarum gentium nomina adsumserint.” Pag. 103. Dionem notat “per totum opus suum gentem Transrhenanam, quam vulgo Romani dixerunt Germanos, appellare κελτας, Gallos vero γαλατας, & Regionem illorum κελτικην; horum γαλαται; Γερμανας autem nunquam nisi Cisrhenanam nominare, nempe quod hæc proprie Germania vocaretur, e quinque illorum Teutiscorum populorum communi vocabulo, Germani; unde etiam eandem regionem nonnunquam vocat κελτικην & ipsos Germanos Cisrhenanos κελτικης.” Quæ ipsa observatio, cum verbis Dionis ad finem § VIII. citatis collata, Cæsaris narrationem insigniter corroborat. Tungros autem Taciti cum illis quinque nationibus Cisrhenanis eosdem esse, ex Procopio, Rer. Gothic. lib. IV. probare vult: “Varni ultra Vistulam flumen habitant, ad Oceanum usque protensi & Rhenum amnem, qui eos & Francos distingvit, aliasque populos hisce in oris degentes. Hi omnes, quotquot olim circa utramque Rheni ripam incolebant, proprium quoddam nomen singuli habebant: e quibus una natio Germani dicebantur. At communiter etiam universi Germani votati sunt.” Ex his jam utique, cum iis quæ antea dicta sunt simul sumtis, colligimus, successive in Galliam delatas diversas nationes, quarum primi fuere Tungri. Neque statim videntur reliqui Germani nomen a Tungris inventum usurpare cœpisse, sed prout Tacitum expressis verbis statuentem audivimus, paullatim, & quidem pri-

primo forte Cæresis, Pæmanis, Segnis, Condrusis & Eburoni-
 bus id hæsit; qui nimirum, cum in Galliam venissent, ibidem
 audierunt Tungricæ expeditionis historiam, quare, ut & ipsi
 metum Gallis incuterent, Germanos se vocare coeperunt, eos si-
 gnificaturi se Tungris fortitudine haud cedere nec minus esse
 formidandos, utpote ex eadem bellicosissima, ac hi quoque,
 Transrhenana gente originem ducentes; sequentibus iden-
 tidem exempla præcedentium reliquis, ex Teutisca in Gal-
 licam regionem venientibus nationibus. Interim vero, tem-
 poris haud exiguum forsan spatium fuit, priusquam pos-
 t quinque illos populos, qui nec ipsi esse simul profecti cer-
 to affirmari possunt, cæterorum illorum aliqui adventarent;
 unde factum, ut jure diuturnæ possessionis (hæfd) tanquam
 sibi Tungrisque proprie competens & privum, Germano-
 rum cognomen Cæsaris ævo isti haberent. Quod autem hic-
 ce de Tungris aliquid non commemoret, id appellationem
 fortassis ejus annis recentiorem esse ostendit, utpote quo
 tempore aliud nomen habuerint, jam ex historiis deper-
 ditum; vel etiam, cum in iisdem fere ac Eburones locis
 degerent, hisce adnumerati sunt; prout de Segnis Condrusis
 que innuere videtur L. VI. C. XXXI: "Segni Condrusis
 que, ex gente & numero Germanorum, qui sunt inter
 Eburones Trevirosque, legatos ad Cæsarem miserunt, ora-
 tum, ne se in hostium numero duceret, neve omnium Ger-
 manorum, qui essent citra Rhenum, caussam esse unam ju-
 dicaret." Segnos certe, cum lib. II. C. IV. haud nominen-
 tur, subinde quoque reliquorum alicujus sub nomine la-
 tuisse oportet. Ita ergo gestis eis fluvium rebus, cæteræ
 nationes trans eundem colentes, cum secum reputarent,
 quid sibi vellat id Germanorum nomen, a Cisrhenanis
 tam confidenter usurpatum, & cum originem etymologi-
 cam vocabuli in proprio idiomate "mox invenirent," ipsi
 quoq; ita vocari gestierunt: Quo pertinet illud Procopii di-
 ctum, olim omnes Rheni accolas, peculiari voce denota-
 tos;

tos, e quibus una natio, videlicet Tungri, Germani dicitur sint, at communiter etiam universos Germanos vocatos; primo quidem, secundum Dionem & Cæsarem, Cisrhenanos, in primis quinque illos populos, deinde, juxta Tacitum, ex Cæsariensi scriptore explicatum, cæteras quoque nationes, prout singulæ Rhenum vel proprius attigere, vel remotiores ab isto flumine degerunt, ita ut "paullatim" in totius Germanorum gentis epitheton verbum hoc evalesceret. Quod tamen non adeo multum ante Cæsaris ætatem factum esse, verisimile videtur, cum Fastis exceptis ne ipsa vox quidem ante illum alicubi occurrat (conf. Diss. cit. §. nostr. præc. not. d. §. XII.); probabili indicio, ob novitatem adhuc paucis eam innotuisse. Quin & Flori ætate non fuisse penitus obsoleturn veterem Germanos Gallos appellandi morem, ex Historiæ Rom. ipsius Lib. III. Cap. III. elucet, ubi Cimbros ab extrema Gallia venisse ait, quos nihilominus contra reliquorum scriptorum fidem Gallicæ originis statuere censendus non est. (Conf. Wilde Gdrb. til Ann. Øfwer Pufend. Sw. Hist. p. 281.).

(b) Adduximus modo contra Eggelingium de hac re testimonium Fastorum Capitolinorum ad An. DXXXI. quorum in hac re auctoritatem agnoscit etiam Wilde l. c. & nihilo secius pag. 280. cum Sheringhamo, Orig. Angl. Cap. III. p. 57. Tungros de exercitu Cimbrorum fuisse ait; quod fieri nequit, si Marcelli jam ævo Germanorum nomen enatum fuit, cuius. cum Tungri primi fuerint auctores, iidemque primi Rhenum transgressi, quomodo tum Cimbrorum coætanei dici poterint? Cæsar qui Cimbrico bello quinquaginta circiter annis fuit junior, sibi a Rhemorum legatis Iccio & Antebrogio relatum (Lib. II. Cap. IV.) narrat (§. nostr. IX. nott. b.) Belgarum plerosque "antiquitus" Rhenum transductos esse, quod vocabulum sane ad seculi dimidium applicari ne-

quit; quin de Cimbrorum bello loquentes id patrum suorum memoria Galliam vexasle produnt, tumque jam Belgas diuturnæ possessionis titulo hos finibus suis prohibuisse. Cum his paria habet Strabo l. IV. p. 135. "Nostra quidem ætate omnes (Belgæ) pacate serviunt ac Romanorum, a quibus subacti sunt, jussis parent. Sed quales diximus superioribus temporibus, tales eos fuisse intelligimus ex Germanorum adhuc durantibus consuetudinibus. Nam & natura & vita institutis gentes hæ sibi invicem similes sunt & cognatae, confinem habentes regionem, Rheno divisam & pleraque inter se similia habentem . . . Adeo Belgæ Germanorum, Cimbrorum & Teutonum impressionem substerunt." Jam vero vel multo ante Belgas, vel saltim primos illorum, Rhenum Tungros esse transgressos Taces vult. Neque id Wildium juvat, quod Tungros vera fuisse Cimbros, ex Cæsare (Lib. cit. Cap. XXIX. pag. 60.) patescere dicat, qui ita loquitur: "Ipsi (Atuatici) erant ex Cimbris Teutonisque prognati; qui quum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis, custodiæ ex suis ac præsidio VI. millia hominum una reliquerunt: hi, post eorum obitum, multos annos a finitimis exagitati, quum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt." Postea ita creverunt, ut in solenni Belgarum contra Romanos confœderatione, XXIX. suorum millia polliciti esse (Cap. IV.) legantur. Horum originem Cimbricam neutiquam negabimus, utpote quam etiam Dion (Lib. XXXIX. p. 94. cit. Cellar. Sect. XIII. §. 144. pag. 290.) adstruit; sed licet Tungri subsequentium temporum Historicis Atuaticum tenuisse affirmentur, inde tamen non sequitur, ipsos cum Atuaticis eosdem fuisse, sed postmodum forte locum istum occupa-

parunt urbemque ibi magnam condidere, munitionibus firmatam. Aduaticos vero postea Betasos vel Betasios dictos Cellarius (l.c. §. 146. p. 95.) ratur, quod non quidem inficiabimur, si florendi utriusque tempora convernerint; sed id de Atuaticis certum, a Cæsare eosdem prorsus esse deletos, cum expugnato eorum oppido, id universamque ejus sectionem, ac adeo etiam incolas, vendidisse se dicat, relatumque sibi ab his qui emerant capitum numerum ad LIII. millia (Lib. II. prope fin. pag. 61. 62.). Quæ multitudo unde enata sit, his verbis docet (Cap. XXIX. pag. 59. 60.): "Atuatici, de quibus supra scripsimus, quum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent, hac pugna nunciata: cunctis oppidis castellisque desertis, sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt. Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque haberet, una ex parte leniter acclivis aditus, in latitudinem non amplius CC. pedum relinquebatur: quem locum duplici altissimo muro munierant, tum magni ponderis saxa & præacutas trabes in muro collocarant."

Objicit hic forte aliquis, suspectam videri Fastorum auctoritatem, cum dissentiat ab iisdem Livius (Histor. Rom. Lib. XXXIII. Cap. XXIII.): "Ob eas res gestas, Consulum litteris Romam allatis, supplicatio in triduum decreta est. Brevi post Marcellus Romanum venit triumphusque ei magno consensu Patrum est decretus. Triumphavit in Magistratu de Insubribus Comensibusque. Borum triumphi spem Collegæ reliquit: quia ipsi proprie adversa pugna in ea gente evenerat, Collegæ secunda." Boji Germanica olim gens fuere, licet Gallicæ originis, prout ex Tacito (Germ. Cap. XXIX.) constat. De aliis Marcelli contra Germanos gestis, neque Livius loquitur, neque reliqui scriptores. Facile igitur concludi posset, de Bojis sermonem esse Fastis, quos Germanos

nos vocent, Comenses vero Gallos, Insubres proprio nationis suæ nomine appellant; ubi tamen eos errasse, ex Livio constet. Aut incertum est, num adhuc Marcelli ævo in Germania Boji fuerint, cum & posterius adventasse possibile sit, aliosque ita Germanos Fastos intellexisse. Nec ceterorum silentium, dum modo contraria re non ostendantur, labefactare auctoris alicujus relationem aptum est.

§. XI.

Ipsum vero Germanorum nomen, quod ad metum Gallis incultiendum Tungros assumisse hactenus vidimus, unde ortum sit, alia eaque haud carens difficultatibus quæstio est, cum quivis pro suo captu rem explicet totumque negotium ad lusus tantummodo ingenii non raro declabatur; evidentissimo arguento, quam incertis ut plurimum sicutneisque fulcris & fundamentis Etymologiæ studium nitatur: quamquam, ubi sobrie tractatur, nec id tantillo usu suo destitutum. Ceterum de eo fere in genere convenit jam tandem inter cordatores, fortitudinis, bellicæ virtutis atque præstantiæ notionem, appellationem hanc importare (a).

(a) Tenendum, non omnes heic Taciti narrationem fundamenti loco ponere, sed quosdam aliunde derivationes arcessere, easque interdum adeo insulas, ut merito inscribi eisdem queat: “Visum admissi, risum te-neatis a nici.” Tradenus, in exemplum diversi diversorum gustus, tam harum quam probabiliorum aliquot. Primo igitur sunt quibus ab Hebræis vocibus dicti Germani, quasi גְּרָאִים, pauperes advenæ, putantur. Secundum alios Carmanis, Persiæ populo, nomen pariter ac originem debent; qui Herodoto vocantur Ρεγανοι, ac regio eorum Agatarchidi Ρεγανα. (Cluv. I. pag. 38. 39.). Quibusdam rursus, istac opinio vel in Germanum

num Magogi vel Thogarmam Gomeri filios , injuriosa
esse videtur eorumq; , ut gentis satorum , juri detrahere .
Prioris caussam agit Johannes Magnus (Hist . Sveog. , cit.
Rothio Schediasm de Gladiis vett. & in primis Danorum
pag. 14); cuius ex officina quatuor alii quoque Mago-
gi filii , Sveno videlicet atque Gethar , Sveonum Go-
thorumque patres , Ubbe Upsaliæ conditor & Thor pro-
cesserunt ; unde haud mirum Mosi , utpote Johanni ma-
gno ætate multum superiori , ignotos fuisse . Posterior
Adrianum Junium in patronis suis numerat ; Cum nem-
pe Gomero triplex propago fuerit , Aschenaz , Riphat ,
Thogarma , ab Aschenaz Scandianos , a Riphat Riphæ-
os sive Sarmatas , a Thogarma Germanos prodiisse , quid
impedit ? Aceedit quod Paraphrasti Chaldæo ad Ezechie-
lis C. XXXIIIX : v. 6. domus Thogarmæ , de qua Pro-
pheta loquitur , diserte reddatur per " provinciam Ger-
maniæ ." (Cfr. de his cunctis Bernegg . Qu. VII. Kirckm.
p. 52 - 56 .). Tres priores radices , cum præter vocum
aliqualem similitudinem præsidio atque fundamento omni-
destitutæ sint , fictionibusque nullis ex Historiis proban-
dis superstructæ , rejiciendas esse , facile quilibet videt .
Et Germanos quidem quod attinet , quid illis cum Ger-
manis commune , lingua , moribus , religione institutisque
diversissimis ? Quod licet originis diversitatem necessario
non inferat , id tamen efficit , ut firmioribus , quam no-
minum convenientia est , conclusio rationibus ēgeat ; cum
in aliis atque aliis linguis haud paucæ voces fortuito
quoque sibi invicem magis minusque congruæ occurrant ,
aut discrepantes nihilominus & significatione & etymo
nihilque invicem præter sonum commune habentes : quod
utinam magis interdum observassent Antiquarii , & ma-
gna fane confusionis , errorum atque disceptationum va-
narum segete Historiam liberavissent . Radiat nimirum
luce sua , debere , præter affinitatem soni & verborum ,
ex

ex circumstantiis quoque rerum gestarum, aut veterum
 testimoniiis, probabilitatem hypothesis conciliari. Enim
 enimvero, quis vel mente singere audebit, appellationem
 Germanorum, si tam alte origo ejus repetenda esset, usq;
 ad Marcelli ætatem, vel tempora bellum Cimbricum pro-
 xime præcedentia, Græcos Romanosque latere potuisse,
 ab iisque respectu aliorum vocabulorum recentem habi-
 tam; quæ si ab ipso jamdum populi fatore esset orta, o-
 mnium aliarum procul dubio foret antiquissima. Nec
 inviti enim, nos haud concipere posse fatemur, Germa-
 nos, tametsi deperdito dudum genuino & vero Numinis
 cultu, conservasse tamen adeo exactam de posteritate
 Noachi notitiam, in aliisque in primis Thogarmæ illam
 recenti semper memoria recoluisse, ut post longam se-
 cularum seriem, novitatis cupidine & quo se scilicet dul-
 ci oblectarent varietate, tritis illis & antiquis Gambrivio-
 rum, Marsorum, Svevorum &c. nominibus missis, Ger-
 manorum illud & hoc significatu assumerent. Autoritas
 paraphrastis Chaldæi in aliis rebus qualis sit, id loco suo
 pretioque relinquimus: Heic illi opponitur a Berneggero,
 quod Josephus (lib. I. Ant. Jud. C. VII.) Thogarmam Thy-
 grammem vocet ab eoque Thogrammeos, Græcis Phryges,
 deducat, & Cambdenus (Brit. init.) Germanos ab Aschenaz,
 Turcas a Thogarma, prognatos ostendat, ex eo quod hi Tho-
 garmath, illi Aschenaz hodieque a Judæis nominentur. Certe,
 si vulgarem prophetæ interpretationem sequendo, Gog &
 Magog per Turcas explicandi sunt, multo probabilior videtur
 Josephinæ ratio. Forte & Paraphrasti, Germania hæc in men-
 te non erat, sed alia quædam, Asia provincia, quam hodier-
 nam in Natolia Caramaniam dicerem, si de antiquitate deno-
 minationis hujus certus essem. Ne Persicam quidem resquavias
 intelligi negaverim, quamquam hoc in casu minus accurate
 mentem Prophetæ Paraphrastes assecutus esset, utpote qui
 de Thogarma ut ad Septentrionem habitante loquitur;
 prædi-

prædicato in Phrygas ni fallor longe verisimilius quadran-
 te. Ceterum Philologorum Sacrorum censuræ isthas con-
 jecturas qua par est reverentia submittimus; Conferri
 interim potest Peringskjöld (Bibl. Slächt=Reg. p. 11. &
 13.) qui pluribus de hac re agit & Josephi confirmat
 sententiam. Sed “vis majora canam”? Auctor Glossæ ad
 Clementinam de jurejurando, a *gignendis* vel a *gerendis*
 populis *immanibus* hominibusque ferocibus terram Ger-
 manicam nomen sortitam, sibi aliisque persuadere alla-
 borat (Conferatur, cuius jam vitulo aramus, Bernegg. 1.
 c.). A *germinando*, si Joh. Teutonicum & Æneam Sylvium
 sequere, haud inepte vocabulum deduxeris; quibus ta-
 men ratio denominationis eadem non est, dum illi ex-
 inde petitur, quod Germania sit verum *germen nobilita-*
tiæ, huic vero a fœcunditate prolis, quam tot in orbem
 reliquum emissa testantur populorum examina. Neque
 illis qui ad vocem *germanus* (γερμανος) configere, idem
 est asserti fundamentum. Erasmo namque Roterodamen-
 si Teutisci, si reliquas conferas nationes, plurimum an-
 tiquæ *sinceritatis* & *rusticanæ* veritatis habent; Conradus
 Celtes, primus eorum laureatus Poëta, qui ab ipsis Fri-
 derici II. Imp. manibus coronari meruit (cfr. Kirckia.
 nott. pag. 7. ni fallor) *fraternam dilectionem*, in mutuo
 se amantibus ac fōventibus Germanis suis laudat; Ægi-
 dius Tschudus sibi in memoriam revocat, solere eos in
 bellis se invicem fratres compellare, ita ut etiam duces
 exercituum, quando milites alloquuntur, eos iher Brüder
 vocent, sicut Romani suos commilitones dixerunt. Egge-
 lingium superius audivimus. Straboni Lit. VII. p. 200.
 sic nodus solvitur: “Statim ergo trans Rhenum post Cel-
 ticos populos, orientem versus sita loca Germani inco-
 lunt, a Gallis parum differentes, si feritatis, corporum
 magnitudinis & fulvi coloris excellentiam speces. Sed
 & forma & moribus & victu adsimiles. Itaque recte mi-
 hi

hi videntur Romani hoc nomen eis indidisse, cum eos
fratres esse Gallorum vellent ostendere." Hisce omnibus
opponimus auctoritatem Taciti, dicentis Germanos *vocabulo a se ipsis invento*, adeoque extra propriam eorum
lingvam frustra quærendo, sic fuisse appellatos; idque i-
ta evidentibus docet verbis, ut ridendo conatu constru-
ctionis indolem ordinemque immutare atque ex una du-
as periodos facere Eggelingius nitatur. Nec magis opus
est simili conciliatione Conringii (nott. p. 41.), utpote
quæ & ipsa petitioni principii superstruitur, quod Ger-
manos propria lingua ita sese appellasse, nullo consici-
queat testimonio, nec aliàs evitari depravationes Cluve-
rii & Lipsii (§. nostr. X. nott. g. & h.) possint; quod u-
trumque satis refellit genuina explicatio I. c. jam tradita.
Ubi Johanni Teutonico Germania germanum Nobilitatis ob-
hujus [redacted] generis abundantiam dicitur, quo ma-
gnopere sane laborat, Taciti etiam narratione seposita,
hoc unum tantum lubenter a bono viro impetrare vel-
lemus, ut seculis ad natum mundi Salvatorem proximis,
parem ac nostra ætate ibidem floruisse Nobilium nume-
rum, argumentis evinceret. Cur autem Straboni Tacit-
tum impræsentiarum, sicut alias quoque utplurimum, præ-
feramus, rationes sunt: 1. quod fundamentum assertio-
nis suæ in *fæcto* & re vere gesta indicet, cum Strabo vel
his verbis: "mihi videtur," non nisi conjecturam præ-
se ferat. 2. quod Romanus Cappadoce multo meliori
gavisus fuerit, certiora de rebus Germanicis discendi oc-
casione; utpote quem Vespasiani Imp temporibus Gal-
liae Belgicæ, confinis provinciæ, rationibus præfuisse con-
stat. (Conf. Taciti ipsius Hist. Libr. I. init. Plin. Hist.
Nat. Libr. VII. Cap. XVI. Cluver. Libr. I. pag. 4. Con-
ring. Præf. Ed. Tacit. cit.). Venimus denique ad eos
qui vel in Gallorum vel ipsorum Germanorum idioma-
te incunabula vocis quærunt. Atque ii omnes de po-
steriori

steriori equidem syllaba convenientiunt; quod sit vox **Man**, virum significans; Prima autem unde prognata sit disquirere, "hoc opus hic labor est." Hedericus (Lex: Scholast. cit. Rothio l. c. p. 13.) derivatam vult a Gera, fluvio Thuringiae, eique adstipulantur Joh. Guil. Bruchne-
rus & Christ. Junckerus (ille in Program. Jenæ 1709. ed.
hic in Anleitung zu der Geographie mittler zeiten/ cfr. Dith-
mar. p. 17. vel 18.) putantes Thuringos, qui primi ita
nominati sint, cum Tungris Taciti eosdem esse, atque
postea nomen ab eis ad reliquos Teuticos pervenisse. Hoc
ideo Dithmarus rejicit, quod Thuringorum appellatio i-
psa quoque Tacito sit recentior, atque Sec. IV. demum
occurrat apud Vegetum (in Mulo-Medicina). Nec pro-
babile videtur Rothio (l. c.) ex tam ignobili fluvio tan-
tam gentem esse cognominatam; nosque item fatemur,
valde nos ambigere, an aliquem Gallis annis iste metum vel
eum inhabitantes Nymphæ incutere potuissent. Longius
petitam, quam par est, derivationem Wachteri (Gloss. Germ.
pag. 1567.) opinamur, ex **Ger**/ **cupido**; dum Germani
agrorum Gallicorum cupiditate flagrantes, nullam eosdem
vastandi invadendique occasionem prætermitterent. Al-
tera ejusdem etymologia, ex **W**er bellum, non absonta
equidem est, sed cum litteræ mutationem (**W**. in **G**.) requi-
rat, iis quæ tali non egent jure cedit. De voce **Heer**/
exercitus, quæ Cellario (Tom. I. Libr. II. Cap. V. pag.
449. ed. 1701.) Eccardo (Origg. Germ. p. 159.) & Leib-
nitio (apud Dithmar. p. 18.) placuit, idem esto judi-
cium. Johannes Goropius ex **Geten** deducit, quod Teu-
tonis sit militem cogere; alii a particula **Gar**/ prorsus,
antiqui **Ger**/ ex qua & propria **Gerhard**, **Gertrud**/ **Ger-
bald**/ **Garbrecht**/ h. e. prorsus durus, fidelis, celier,
celebris, formata videantur (Bernegg loc. cit. Wil-
lich. I. 4.). Philippus Burgravius (Not. ad Conring. de
hab. corp. Germ. ant. & nov. caulis p. 16.) dubius

hæret, utrum ex dicto Gar/ an vero ex Gewehr/
 instrumentum bellicum, syllaba de qua controvellantur
 trahenda sit, vel etiam ex Gerre, Gerra, Guerre, vo-
 cabulo Celtic o aut Gallico bellum denotante, quod Lipsio
 (cit. Bernegg.), Hertio (Not. vet. Germ. C. I. §. IV. apud
 Dithmar. p 15.) Dithmaro ipsi, Lacario (ad Cap. II. Tac.)
 Cluverio (Lib. I. pag. 68) Cellario (l. c.) Sheringha-
 mo (Cap. III. pag. 57.) & Lentulo (pag. 89.) arrisit.
 Proxime autem accedere putamus Gothicum illud Ger
 vel Geir hastam, lanceam & gladium significans
 (Verel. Ind. Lingv. vet. Scytho - Scand. sub voce
 Geir), ita ut German vir hastam vel gladium portans,
 strenuus & bellator audiat, quod eo magis verisimile
 videtur, cum a militandi officio utplurimum apud
 veteres alia quoque nomina desumpta esse constet.
 (Conf. Rudbeck Atlant. Tom. I. pag. 450. Dalin l. c.
 pag. 81. not. g. Rothe l. c. pag. 11. seq. atque apud
 illum Anchersen Diss. de Solduriis pag. 85. & Tractat.
 de Valli Herthæ Deæ p. 184. 289. Forte hujus sententiae
 est quoque Stobæus, Diss. cit. §. nostr. X. not. d.)
 Extat locus in Historia Olai Tryggvonidis maj: ab Od-
 done monacho conscripta Cap. VII. pag. 33. ed. Istme-
 nii Rhenhielm, ubi auctor ita loquitur: Geiri Drott-
 ning rikri thar sem Geleniania heitir/ quæ verba, an
 assertioni nostræ præsidii aliquid afferant, aliis judican-
 dum relinquimus. Neque nobis ipsis ideo contraria
 statuere censendi sumus quod ad lingvam Gothicam
 confugerimus, cum hæc a prisca Germanorum aliena
 non fuerit, sed communem cum eadem ex Scythica
 originem duxerit. Geren Goropii cum voce Gothicæ
 Gerda/ bellum parare, nostroque etymo Geir conve-
 nit. Gar mutatione litteræ eget, de qua re modo di-
 cendum: Garbrecht rite inde deducitur; Gerhard vero &
 Gerhald non minus commode durum invincibilemque
 bel-

bellatorem, virum manu promptum atque in armis strenuum significare possunt. *Gewehr/ Guerre, Gerre,* Gerra ex eadem ac *Geren & Gerda* radice formata esse facile appareat; neque heic probabilitate destituuntur, quatenus modo recentioris non sunt dialecti, aut a Gallis nomen Tungris inditum statuitur; Nam Gallorum Germanorumque lingvas expeditionis hujus temporibus discrepantes adeo non fuisse, id quidem veritatis speciem non ægre tuetur. Wildio (*Förbered* pag. 268. & *Hist. Pragm. ed. Sv.* pag. 62. Cap II.) placet Gothicum *Gera/ pro quo nunc dicimus Góra/ facere;* unde Germaniæ iidem sint ac górande och drifwande Män/ viri præstantes, seduli & industrii: Nec id quidem male.

§. XII.

 *de qua hactenus de limitibus Germaniæ atque nominis ejusdem ortu, exterorum relationes fecuti, tradidimus, evidentius declaranda, domesticorum scriptorum collatione nixus, vir de omni Septentrionis regionum populorumque Historia Antiqua immortaliter meritus, Regni olim Historiographus (qui & inter primos Antiquariorum nostrorum, quippe Rudbeckizantium ante se ut plurimum, ineptire, fumum vendere atque nugari desit) Jacobus Wilde, in sua ad Pufendorffii Histor. Svec. Introductione Proëmiali, hypothesis summa doctrina ingenioque adornatam proposuit: cuius illustratio ut superius jam adductorum ita & posthac dicendorum argumentum constituet. Atque primo quidem observamus, nomen Othini, multum ante Asarum Tyrkarumque regis adventum, ad quem origo & appellationis & imperii Germaniæ Magnæ, hoc duce præeunte viam, a recentioribus refertur, summo (saltim septentrionalibus populis) in honore fuisse & veneratione (a).*

(a) Sunt vero heic innumera pene inter Eruditos sententiarum divertia. Brynolphus Svenonius, apud Stephanum Stephanum (Nott. in Saxon. Grammat. Lib. I. pag. 49.) tres Othinos statuit: "Primum Asianum vel Priscum, qui a Trojanis regibus & Saturno Cretensi, secundum Tabulas Scalholtinæ, originem traxerit atque Asia nunquam egressus sit: Alterum Upsalinum a Svecis reliquisque septentrionalibus cultum & aucta superstitione cum Asiano confusum: Tertium illum quem in prioris numen honoresque irrupisse atque Mithothinum vocatum Saxo narrat, h. e. Othinum Medium; cum committitus fuerit ex prisco Asiano & posteriore, Asiano quidem & ipso, sed profugo Europæo & Upsaliensi facto, qui que floruerit quidem hoc exultante, reduce vero, ad instar nebularum discussus sit, cum cæteris qui sub ejus absentia divinum sibi titulum arrogaverant." (Vid. Saxo Hist. Dan. Lib. I. p. 12. ed. Steph.). Aliud tamen visum est von Dalino (Tom. I. p. 340.) per Audæum quendam monachum, tempore Domalderi regis Evangelium Svecis prædicantem, hunc explicanti; quod Wildio (Hist. Pr. ed Svec. Cap. II. pag. 402. 403. not.) minus probatur. Pluribus hic statuit Septentrionis regibus commune id nomen facere Torffæum Ser. Reg. Norv. lib. II. c. III., duos Othinos enumerari Brynolpho, iisque tertium addi a Verelio Not. ad Hist. Göttr. pag 40., quo cum quoad numerum consentiat Rudbeckius Atl. Tom. II Cap. IX. pag. 641. (Vid. I. c. pag 205.). Ipse sequentes tres Othinos creditos opinatur (pag. 206. not.): 1. "Hðin hin gamle / sive Æternum rerum patrem & creatorem. 2. Boris filium, sive vim bonitatis divinæ, in natura universa operantem 3. Frialfi filium, Gylfoni coætanum. Ex his, cum Physica Theologiaque depositis Historice considerantur, priores duos forte Forniotherum & Gorium,

rium, vetustos Septemtrionis habitatores, significare verisimile dicit; itemque communem istum regum ut patriæ patrum, apud Asas in primis, titulum fuisse". Sheringham (Orig. Angl. Cap. XII. pag. 233.) "Odinus, qui Gothicis gentibus Woden, Voden, Oden, Othen, Godan, Guodan, Saxonis Eothan, Belgis Evoden, appelleatur, concise vero etiam Wode, Ode, Othe, Godē, Guode, Woen, Goen, unde Belgis hodieque Woensdach & Goensdach, dies Mercurii) ex Scythia Cimmeriaque una secum in exercitu Saxones, Getas, Svevos abduxisse dicitur, ac fuisse dux magnanimus, manu fortis, consiliis plenus, vaticinandi arte celebris, magiæ peritus, Asgardiæ rex & gentilium apud suos Deorum Pontifex Maximus." Wachtero (p. 1175.) idem "Othinus, Odinus, Othanus, Wodenus vel Vodenus, dux & Deus Saxonum audit, non indigena sed peregrinus, ex plurimorum mente Phryx, bello Mithridatico a Pompejo Magno patria pulsus, vir eloquens, vates & fortitudine inelytus, qui ex Asia in Germaniam Transalbinam veniens, Saxonum gentes domuerit, indeque in Sviонiam, pulsis in interiora Lapponibus, Germaniæ littora infestantibus, colonos duxerit, a quibus non minus quam Saxonibus, post mortem divini honores ipsi collati sint: Uxorem illum habuisse Friggam & filium Turonem, atque plures item ejus nominis fuisse, adstruit. Ulricus von Lingen (Obs. Germanice script. de orig. Poëf. in Germ. & Sept. Wachtero cit.) "Scytham, Pompejo ducentis annis ætate superiore litterarumque & poëseos apud Germanos & Septentrionales patrem opinatur." Stiernhjelm (Epist. ad Verel. cit. huic Nott. ad Histor. Herv. p. 5. seq.) existimat "duos extitisse olim ejus nominis, priscum scilicet Asiaticum, Deum Phrygium Attin, eundemque Apollinem Hyperboreum, Syrium Adonin, cuius amasia Rhea, Dea Phrygia, nobis Frigga &

Frea : Alterum Heroëm , illius Othini Phrygii , longe
 ante ipsius adventum Svetis , Gallis , Britannis supersti-
 tiose culti , Sacerdotem , qui post mortem in numinis sui
 nomen numenque successerit . Hunc vult Vanorum o-
 lim hostem , deinceps amicum & socium , natione Sve-
 vum , ex Hermunduris , aut Ligiis Vanos regno pellen-
 tibus ; vel potius olim hostes , sed post reconciliatos &
 socios belli sive Dacos sive Getas propinquos , eandem
 belli aleam expertos , una cum Vanis sedibus patriis ex-
 pulsos , in Germaniam indeque porro in oras has bore-
 ales commigrare coactos . ” Alii alias fovent sententias .
 Quicquid sit , junior etiam ille , Teutiscæ gentis magis
 quam vel Svionicæ neutiquam fuit , nec primus Svecorum
 quæ hodie est nationis auctor , aut qui priscos Svetiæ in-
 colas bello in potestatem redegerit ; prout ex domesticis
 monumentis eorum certo confici potest , narrantibus , non
 ut hostem accessisse , aut vi , sed fraudibus blanditiisque ,
 summam divinarum humanarumque rerum potestatem
 occupasse . Conf. von Dalin l.c. I. pag. 99. seq. ; cuius
 etiam pag. 103. not. f. circa hanc controversiam judi-
 cium nostrum nunc facimus : nimurum , nomen istud
 ante Siggonis Fridulphi filii , qui junior Othinus nobis
 est , adventum , sacrum fuisse , atque ab eo majoris sibi
 auctoritatis conciliandæ gratia assūtum ; sive id jam an-
 tiqui cujusdam herois proprium fuerit , sive vetustissimop-
 rum Seytharum idiomate Dei ideam importaverit . De-
 rivationem quod attinet , bene monet Wachterus (l. c.) ,
 dici posse , quid vox significare queat , non vero quid
 revera significet . Ipsi “probabile est inter alia , quod
 Wod significet furentem , cum fuorem bellicum hic cre-
 ditus sit immittere , nec non quia magus ac vates fuis-
 se est creditus , vaticinia vero fere per abreptionem fu-
 riositati similem siant . ” Cluverius ex Tuistone , Teut-
 yel Tot , deducit Dan & hinc deinceps Vodan ; suffra-
 gan-

gante ei Vossio. Conf. Verel. l. c. pag. 43; qui & p.
 44. ex Svetica lingua sequentes radices producit: **Öde**/
 fatum, item opes; **Öda**, vastare; **Ödr**, furens, insanus,
 præposito V; **Wöde**/ periculum. Dalino l. c. & p. 52.
 102. 120. originarie divinitatem designat, atque inge-
 niose admodum observatur cum appellatione Summi re-
 rum Auctoris apud plurimas etiam alias prisca ævi gen-
 tes, convenire; quo pertineant Hebræorum Adonai &
 Jodaim, Syrorum Adonis, Phrygum Attin, Phœnicum
 & Assyriorum Adon & Adonin, Teutonum Teut-Ates
 vel Teut-Attin, Britannorum Andate, Arabum Voda,
 Voddon, idolum, Indorum Braminum Theologia, Ve-
 dam. Improbare autem vult ejus opinionem Wilde (l.
 c. pag. 200. seq.).

§. XIII.

Habitabant illi Asæ Tyrcaeque, Othini ante suscep-
 ptum iter subdit, in confiniis fere Mæotidis paludis (a).

(a) Princeps urbs regnique sedes erat Asgardia,
 quam Trojam fuisse ait Edda (pag. 8. ed. Göransson.
 prol.) & cum Langfæda-Tal genus Othini ab antiquis
 Trojanorum regibus deducit (pag. 5. 6. Verel. l. c. p.
 46. 47. Dalin T. l. pag. 101. not. c) Quod ita decla-
 rat Wilde (Förb. p. 236--251. Conf. Hist. Pr. ed. Sv.
 Cap. II. pag. 294. not.) ut quamquam majores suos ex
 illo haberet, origine tamen ipse, & que ac Asæ Phrygiæ,
 Schytha fuerit; neque hanc rei explicationem congrue-
 re negabimus, nisi modo tota de Trojano Othini gene-
 re narratio fabula sit; ab ipso forte impostore excogita-
 ta. Quatenus ad Japhan vel Javan Japheti filium ipsum-
 que Noachum usque continuatur, a Christianorum insuper
 interpolationibus haud erit immunis. (Wilde Hist. Prag.
 p. 208. Dalin l. c.). Asgardiam circa ostia Tanais si-
 tam fuisse, von Lingen ex Strabone & Stephano Byzan-
 tino

tino infert; Conf. Wachter, p. 526. qui hoc, modo ad mentem Strabonis, Aspurgianos non ad Tanaim, sed circa Sindicam inter Besporanos collocantis, emendetur, probabile admodum dicit. Trans Tanaim & ad Mæotim, gentem urbemque ponit Sheringham (Cap. XII. pag. 278); Dalin (pag. 101. 102.) Tanais, Caucasi & Caspii maris viciniam tenuisse imperio Siggonem docet: Mæotida accoluisse Asas vult Wilde (Förb. l. c.); sed (Hist. Prag. pag. 215. 216. not.) insuper nonnunquam per Asgardiam ea quoque loca ubi per tempus aliquod Othinus cum Asis suis itineris sociis habitaverat, ex. gr. in Svecia Odensala, Odinsø in Dania, intelligi veteribus vult. Pro Tanais otiis expressis verbis pugnat Snorro (Heims Kringla Tom. I. Ýngl. Sag. Cap. II.): Fyrer austann Tanaqvist i Asia / war fallat Asoland / edur Ása heimur ; enn Höfuborginn / er war i Landino / fölloþoðr Asgard ; enn i borginne war Höfthinge / sa er Othin war falladur ; þar war blotstadur mikill. Tyrkarum regionem ad meridiem a Caucaso describere videtur Cap. V. Fiallgardur mikill geingur af land-nordre til utsudurs (Nordost til Sudwest) sa skilur Swithiod ena miklu of Ænar rike. Fyrer sunnan fiallit er eigi langt til Tyrkilands / þar atte Othian eignir stórar (stora egendomar) ; Ne autem ninc aliquis inferat, non regem eum Tyrkarum fuisse, sed tantum prædia aut districtus quosdam possesse, vel unicum adducamus locum ex Gundin Moregur (p. 14. ed. Björneri An. 1727.), ex quo patrum hoc ipsius regnum fuisse elucet: Buri hisse Kongur heitith / er rede fyrer Tyrkiande / hans sun war Bure / fathr Othias Ája Konga / soður Frichers : De ipsius urbis situ videatur von Dalin (p. 154. n. 1). Opposuit vero se hisce Germanorum ille post Cluverium Rudbeckius Eccardus (Orig. Germ. Lib. I. p. 42. seq.) dicens ; "cum Sveci scorum in Sviannam majorum, ductores duos Othinos agnoscant ; occur-
rant-

rantque ea nomina in confessione fidei Saxonum antiqua,
 ubi den Woden end Saxon Othe renunciatur, probabi-
 le admodum esse, nomen As/ quod Othino majori tri-
 buere Septentrisionales, non Asiaticum denotare, sed ex
 gente Asarum vel Astingerum apud Vandulos (populum
 Teutonicum, scilicet) oriundum, cuius Dio & Jornan-
 des meminere: Confirmari hoc exinde, quod fuerit i-
 tem in Vandalia campus Asarum (Asfeld), ubi Gepidae
 cum Longobardis secundum Paulum Diaconum pugna-
 runt; is vero clare admodum ad Ossam Pomeraniæ flu-
 vium situs fuisse inveniatur." Ast refutari istæc conjectu-
 ra facillimo negotio vel ex eo potest, quod non modo Asir
 dicantur Othinus & ejus comites (Edda, cit. Peringskjöld-
 dio, Not. ad Cochlaei vitam Theodorici, p. 353.), sed
 & Asia men (Herwörör Sag. Cap. II, Sagan af Stur-
 laugi hinum Starfssama C. I., Mscr. Antiq. apud Peringsk.
 I. c. pag. 354.); immo diserte legatur (Hist. Heraudi &
 Bosæ Cap. I.): Hringr hefr Kongr heftid / han ried syriæ
 Eistra Gautlandi; Han war son Gauta Konga / sonar D-
 dins / er Konger war yfir Swithiod ve kani utan af Asia;
 ec frigastur Konga åtter eru frakonnat hier a Nordurlens-
 dum. Nec sufficit quod ad objectiones nostras declinan-
 das supponat vir callidissimus "Svecos, a majoribus tra-
 ditum habentes, eos primum ad Danam vel Tanam Hol-
 satiæ fluvium qui jam Egidora, consedisse, inde feci-
 se Tanaim & gentis suæ satores in Asia collocasse, unde
 rursus Sveciæ in majorem & minorem distinctio or-
 ta sit;" Non enim ad hypotheses configiendum est,
 dum ex firmioribus fundamentis aliis res illustrari pot-
 est. Nominis Othini mentio in confessione Saxonum,
 cultum ejus apud hosce quidem demonstrat, originem
 vero item Saxoniam nequaquam. Accedit Pauli Dia-
 coni testimonium (De Gestis Longobard. Libr. I. Cap.
 IX pag. 750., ed. Grot.) affirmantis, Wodanum perhi-
 beri,

beri, non ex Germania certe, sed ex Græcia oriundum
 fuisse. Poterit autem forsitan aliquis nobis hinc dubium
 quoddam adhuc movere, in primis collata Historia Stur-
 lōgeri Laboriosi (l. c.) ubi dicitur: Aller theim menn/
 sem sanserdugr eru um tidende / vita thad / at Griflands
 og Alse menn bygdu i syrstu Nordur álfuna; og høsst
 thar tungu / su er sidan dreifdist um oll lond. Forma-
 dur theſa folks hiet Ódmn / er menn telja æter til; Sed
 quicquid sit de hac re, Græciam tamen Othini fuisse pa-
 triam, inde tantummodo contra reliquorum monumen-
 torum, Scythiam unanimiter nominantium, fidem, adfirui
 nequit. Aut igitur falsa nobis narrare putandi sunt War-
 nefridus & Historiæ Sturlōgeri auctor, aut aliud apud
 ipsos intelligi per Græciam necesse est, quam quæ ho-
 dieque ita dicitur terram. Quocirca, prout illud equidem
 ultimum semper esse Historico debet veritatis investigan-
 dæ medium, ita hoc cordatioribus perpendendum si-
 stimus: an fortassis cum cæteris hæc conciliarentur as-
 sertæ, si in memoriam nobis revocaremus, temporibus
 Cæsarum Cpolitanorum crebras fuisse ex arctoo orbe fa-
 etas militum, in horum palatiis sub nomine Barango-
 rum seryientium, profectiones, qui tum vigentem Græ-
 ciæ vocabuli significationem laxiorem, omnia nimirum
 Byzantino imperio subjecta comprehendentem, domum
 reduces secum in Szioniam invexerunt; unde facile e-
 venire potuisse perspicitur, eam quidem, non alteram,
 Historiæ Sturlōgeri auctori acceptionem usurpatam. Por-
 ro, relationes ex quibus Paulus Diaconus sua de Othi-
 no hausit, vel Gothicæ fuere vel Longobardicæ, quas
 hujus ætatis significationem itidem secutas esse, adeo
 non erit ab simile. Ponamus adhuc, eandem cum Edda
 opinionem foventes, ex Troja, quæ utique in finibus qui
 tum Græci imperii, olim sita fuerat, Othinum arcessere hos
 auctores, & sufficientem habebimus rationem, cur Græ-
 cum

cum eundem dicant; illam quidem longius aliquanto, fatemur, petitam, sed tamen non absonam. Ceterum utrum simile forte quippiam, an ipsa rei veritas, Saxonem impulerit, ut Byzantii regnasse Othinum narraret, alii judicent. Adhuc facilior esset rem explicandi via, si Grikland in Tirkland & Græcia in Asiam, culpa in negligentes vel ineruditos librarios conjecta, mutarentur, ad modum Cluverii similiumque audacolorum; sed magnopere veremur, ut probaturi essent hanc methodum scriptores conciliandi textumque Auctorum petulanter lacessendi, qui nasum habent.

§. XIV.

Venit (*a*) istic Othinus in regiones Europæ septentrionibus atque occiduo soli subjectas, annis ante restauratum orbem circiter centum (*b*), ibique varii generis artibus (*c*), incolis divinitatem suam persvasit, & ex religione eorum antiqua, cum suis commentis mixta, novam compilavit, ad bellicas tantum virtutes totam fere compositam (*d*); utpote quo medio felicissime posset intentum a se finem obtinere, cunctos hos populos in Romanos armandi, quorum gliscens potestatis metus, eidemque mature occurrendi studium, de regno ipsum exciverant (*e*).

(*a*) Solebant priscis temporibus Scandanorum ad Scythas, horumque ad illos, profectiones, per Russiam ac Fenniam institui (Cfr. von Dalin p. 67. 100. 294.). Posteriori etiam adhuc ætate Christianis Terram Sanctam visentibus has regiones fuisse peragrandas, in aliis docet Codex Ms. r. de Gotlandia primis Christianismi incrementis (Cap. III; apud Perings. loc. cit. pag. 454.): *Fyr enn Gutland toki stethelika wiðher n frum Biskupi tha laiu Biskupar til Gautlans pilagrímar til Helga Lanx Ierusalem / oþr ihethan haim foru. Than tina war negr*

þystra um Rygaland of Gríkland fara til Jerusalem. (cfr. Celsius, Act. Lit. Svec. An. 1728. pag. 277.). Eadem i-
psa via Othinum, si nullam præter Scandianos gentem ad-
ire cogitasset, usurum fuisse, haud dubium est; quod cum
tamen non fecerit, vel hinc pro eis, quos finem expe-
ditionis ejus statuimus, conatibus ae moliminiibus, argu-
mentum desumitur (Wild. Fðrb. pag. 268. fin.). Venit
primum quidem in Holmgardiam, quæ Russici Imperii
jam pars est, Venedico Sinui adjacens; inde, sive terrestri,
per mari proximas provincias, itinere, sive consensa na-
vi, Germaniam petiit; porro Ridgothiam, Danicas in-
sulas & Sveciam; denique, compositis Sigtunæ pro lubitu
rebus, ubi etiam ipsi commorandi sibi locum dælegit,
ultimo Norvegiæ visitavit (Wilde, Hist. Pr. edit. Lat.
pag. 65. Fðrbered. I. c.). Quam regionum seriem dilu-
cide indigitat Sturlonides (Prol. ad Edd. ed. cit. pag. 6.
7. 8.) dum sic loquitur: *Thehi Óthin hasthi mikinn spæ-
dom. Kona hans het Frigida er wet kallum Frig. Han
systiz (properabat) Norder i heim med mikin her ok stor-
miklo se.* = = *Their komu i Saxland.* = = = *Tha
for Óthin i Reidgotaland ok eignadiz that ok setti thar sun
sin Skiolld / faudr Fridleifs / er Skiolldungar ero frakominir
that heitir nu Jotland er their kaulluthu Reidgotaland. Tha-
dan for Óthin i Swithiod, Thar war sa Kongr er Gylfi het.
Ok er han fretti (sporde) til Asiamanna / er Asir woru kallas-
dir / for han i moti theimi. ok boud theim i sitt Riki. = =
*Thar thotti Óthni fagr wellir ok landz-kostir (lägenhet) gos-
dir / ok kaus (keste) ser borgarstad (locum condendæ urbis)
sem nu heitir Sigtun. Skipadi thar haufthingia i tha liting
sem i Trojo. Woru settir 12 Haufthingiar / at dema Lands
log (Lag). Sidan for Óthin nordat (norråt) thar til er
stor (söd) tek with honum / sa er han ötladi (mente) at lðgi
um oll lond. Ok sciti thar son sin til Rikis er Seiningr het /*
enn*

enn nu heifir Noregr. Æt fessa Noregs Kongar of swa Jarlar thangat (thit) åtter sina. Med Othni for Yngwi/er Konge var i Swithiodu eyfer honum. In fundem sensum dicit
 Yngl Sag. Cap. XII: For han fyrst wesur i Cardarissi
 of tha sudur i Saxland. Han atti marga sono: Han eig-
 nadiz Riki witha um Saxland of satte thar sono sina til
 Lands-gezlo (landets Styrsel). Tha for han nordur til
 Siawar (Hafsvet) of tok fer bustad i ey einne, thar hei-
 tir nu Odins ey i Gione. = = = Enn er Othin spurde / at
 goder Landeskoftr worn austur at Gylfa / fer han thannok.
 Heic cum ipsius in Fonia commoratio post Saxonicum
 & ante Sveticum iter ponatur, in Prologo Eddæ vero
 ex Saxonia in Ridgothiam adventasse dicatur, clare ap-
 paret, ex Ridgothia eum in Fioniam navigasse, & post-
 ea demum in Sveciam; quod & situs regionum requirit.
 Ridgothiam per Smolandiam Verelius, Biærner per Jem-
 tiam, Herjedaliæ & Helsingiæ partem, explicant: Cfr.
 von Dalin qui p. 106. not. g. posteriorem quoque sen-
 tentiam ea, qua Dania intelligi statuitur, probabiliorem
 putat, quod in via istæ provinciæ essent Othini, Scan-
 diam potensis; hanc enim prius quam Germaniam illum
 adiisse contendit. Wildii opinionem vide Hist. Pragm.
 ed. Sy. pag. 346. 347. 348, quæ utique ei quam modo
 tradidimus provinciarum seriei non repugnat; quin e
 contrario eandem prorsus ipse hic Historicorum nostros-
 rum primipilus defendit pag. 266. 268 269. not. Cum
 etiam Sturlonides Ridgothiam per Gotland sive Jutland
 interpretetur, haud videmus sufficientem Danis nos op-
 ponendi rationem; in primis dum p. 110. not. b. von
 Dalin ipse agnoscit Skiolldungorum prosapiam, a Skiolld
 Ridgothiæ rege oriundam, eandem esse quæ in Dania
 postmodum floruit: Accedit, relationem quam exhibui-
 mus, ubi expressis verbis in Saxoniam prius, inde per
 Ridgothiam in Sveciam profectus Othinus statuitur, res

vera magis Jutis favere quam Norlandis, adeoque argumentum allatum pro nostra potius sententia pugnare, contrariæ vero, propriæ ejus, adversari; prout facile apparet mappas Geographicas insipienti cuilibet. Cæterum modo hoc loco, dumque de Otini itinere agitur, Jutiam intelligi concedatur, nemini de subsequentium ætatuum, vel ejusdem etiam, aliis nominis istius acceptiōnibus, controversiam movebimus.

(b) Wilde centum & triginta fere annis ante natum Christum Asia profectum infert ex serie genealogica Svetiæ regum, qui post eum vixerunt (Förb. p. 120-130. 264. seqq. Hist. Pr. Sv. ed. Cap. II. pag. 90--93. not., nec non pag. 408 -- 453.). Tempus, quo placita ejus a Septemtrionalibus assumta sunt, inter An. CXX. & CXV. constituit (Förb. pag. 32.). Cimbrorum expeditionem primum fuisse laborum fructum contendit, vi vo adhuc Othino factam, cuius intentum finem multo post Gothi, & ipsi ad eadem hæc molimina emigratio nis suæ natales referentes, perfecte demum obtinuerint, una cum aliis seculorum barbaror: populis Romanum in Italia Imperium extinguentes (pag. 284.). Calculos Chronologicos magni parentis in præf. ad Tom. II. (pag. 6-12.) tuetur Nihil. Andreas Wilde; probatque in aliis ipsius de Germ. Magna hypothesis Joh. Benzelius (Diss. de Fundamentis quibus nituntur dos mariti aliaque jura, Præf. Nob. D. Nehrman §. 45.). Eisdem principiis nititur atque ex serie Sveciæ regum CL. & Norvegiæ CXL. annos, quibus Salvatore mundi antiquior Othinus sit, exsurgere, probatæ notæ auctorum fide demonstrat Joh. Gothenius (Diss. de Fundam. Chronol. Sv. Goth. Præf. Cel. Dn. Svenone Bring. Part. I. cuius recensionem vidimus in Swensk. Bibl. III. Stycket p. 194.), exemplis simul aliunde quoque desumptis probans, medium illud XXX. annos cuilibet generationi tribuendi, tutissimum optimum que

que esse. Cum vero in tanto temporis spatio de paucis, ad 40. vel 50. annis adeo anxium esse non licet, numero rotundo usus, ad centesimum annum Othini in Scandinaviam adventum referit; quod haud videtur incongruum.

(c) Variis illæ apud veteres nominibus appellantur, *Atgerwi* / *Idrotter* / *Sionhverfinge* / *Bragder* &c. quas magicas fuisse antiqui narrant, ac posteriorum quoque temporum Eruditis ad nostros fere dies ut plurimum probatum fuit. (Vid. Schefferus Upsal. Antiq. p. 94. Stiernhjelm Anticluv. p. 145. Stephanus Stephanii Nott. ad Sax. lib. VI. pag. 138. A. Ryzelius Diff. de sepultura Sviogothorum, Praef. Joh. Uppmarck, Upsal. 1707. Part. I. p. 18. aliisque). Liberarunt vero eum ab hac culpa Wilde (l. c. p. 255-260, 267. 268. Hist. Pr. Sveth. ed. pag. 270-283. 301. 302.) von Dalin (p. 108.) Bring (peculiari Dissertatione). Benzelius (l. c.) &c, per "fraudes physicas pariter ac politicas rem explicantes, quibus ad fidem dictis faciendam adducebantur faciles atque dolum non metuentes istorum temporum homines." Cfr. Sturlonides, Prokl. ad Edd., & Ing. Sag. (cap. II. seq.) ubi & (cap. V.) ait certasse Othinum cum Gylfone in ejusmodi artibus: Ólgertho their Gylfe satt sna (sædus pepegere, Oth. & Gylf.) Thui at Gylfi thoitist, cingi kraft til hafa / til meststöðu wit Ásana. Margt attust (forsöktes) their Othin wit, ek Gylfe hit Brögðum of Sionhverfingom / octurdo Áser jaf annrikir. Cap. II. haec habet: Othin war Hermadur mikill ok mikil witsförlull (widthewandrad) oc eignadiz mörq Áske. Han war sa sigursall / at i hwarre or esto seck han gagn; ok sva kom / at hans menn trúðu thui / at han atte heimilann (egen) sigur i hwarre or esto. That war battur (sed) hans ef hann sende menu sna til orosto / edur adrar sendesfarar (beställningar) / at han lagde hadur houdur i höfut

ſut theim / oc gas theim bianae (wälſignelſe); trudo theſe
 at tha munde welfargz. Swa war oc um hans meni/
 hwar ſem theſe urdo i naudom ſtaddeſ / a ſia eda a Lande/
 tha föllo tho their a nafn hannis / oc thotti jaſnann fa af thiſt
 fro; Thar thottuſt their eiga alli traust er han war. Han
 for apt ſo langt at han dwaldir i ferdinne morg miſere (ähr)
 Cap. VI. de magia ejus varia adducit, quæ eleganter pro
 more ſuo declarat von Dalin (I. c.). Obtinuit autem
 hiſ omniſbus artibus: at hwar ſem their foru, thotti miſills
 um; tha wert oc likari Godum em nianum. (Snorro Pr.
 Edd. pag. 6. edit. cit. Confr. Cap. III. Engl. Sag. &
 Benzel, I. c.).

(d) Dignum notatu eſt, adeo callide ſubduxiſſe pri-
 ſcum hunc Muhamedeum calculos ſuos, ut non proſrus
 abrogareſt priftina gentium iuſtituta, ſed reformaret tan-
 tummodo ſuisque applicaret commodis. (cfr. Wilde pag.
 270. &c. Dalin p. 111. ſeqq.). Huc pertinet quod no-
 mina divinitatum anteā cultarum retinuerit ſibi que & A-
 fisi itineris ſociis arrogaverit; quibus cæteroquin etiam ha-
 bitacula & agros, in auxiliis praefiti & laborum præmium,
 tribuit, prout Snorro ait: Ællum ſect han theim goda
 holſtadi. cfr. Engl. Sag. Cap. V. fin. ubi etiam quosdam eo-
 rum nominat, Niordur / Freyer / Heimdallur / Thor / Ball-
 dur; qui omnes poſtmodum pro Deis a Septentrionalibus
 culti ſunt, vel cum antiquis nominiſbus numinibusque con-
 fuſi. Vid von Dalin Cap. V. ubi de religione veterum agit;
 Nec non Edda, incipiendo a Dæmesaga Quarta pag. 17. &
 ſeqq. Expressis autem verbiſ hoc urgetur Dæm. XXVI.
 pag. 94. ubi colloquium Othini & Gylfonis de Deiſ rebus
 que ad cultum eorum pertinentibus una cum ipſa Edda
 ſinatur: Ok er Åſirnir heira theſta ſagt / gaſo thar ſer theſſi
 noſna Åſanna. At tha er langur ſtundir lidi / efadiz (twiſ-
 lade) menn ecki at alli weri enit / thar Åſir er nu er ſag-

sagt ok thefir Æsir er nu woro. **D**e war Aukothor fæladr
Æsathor sc. Cfr. Verel. ad Gôtr. pag. 42. Cum vero fi-
nis ipsius, odii quod in Romanos conceperat expletio
esset, totam religionem ad commendandum & animis
hominum inspirandum contemtum mortis instruxit atque
bellicam virtutem cæterarum omnium præstantissimam
constituit; pene dixerim unicam, tantus erat furor, vir-
tutis titulo honoravit. **K**veðr sc. ejus dogma erat. **D**-
thin heitr Alfadr thui at han er fadr allra Godanna. **H**an
heitr oc Walsodr / thui at hans oska synir ero allir their
er i wal falla. Theimi skipar han Valholl of Lingolf oc
heista their tha Einheriar; Dæmes. XII. p. 36. De reliquis
vero ita præcepit, Dæm. XVI. p. 48. **H**il fastadi hann
(Alfadr) i Nifheim of gaf henni wald yvir nio heimum.
at hon skyldi skipta vistum med theim / er til hennar koma-
ma. **E**m. that ero sottdauthr menn ok ellidauthr (Benz-
l. c.). Hæc denique omnia ut eo arctius mentibus im-
primerentur, illis qui salvari post mortem cupiebant,
saltim gladii ore moribundos se signandi necessitas erat
inuncta; exemplum dante ipso impostore, ut habetur
Angl. Sag. Cap. X: Othen warth sottdantbur i Swithod/
de er han war at kemn dautha / let han marka sic geirs
oddi oc eignadi ser alla wapndautha menn; sagdi han sig
mundo fara i Godheim oc fagna thað winom sinom (Cfr.
Schüze Lehrbegreif supra cit. p. 280. seq.

(e) In bello Mithridatico a Pompejo Magno patri-
a pulsum esse, communiter fere creditum est; Conf.
Verel. ad Herv. Cap. I. & II, Torffæus, Arngrimus Jo-
næ & Messenius, apud Wildium H. Pr. ed. Sv. p. 265.
266. Von Daln a Trajano Imp. fugatum (p. 103. cet.),
auctor est. Totam de Romanis Othino bellum inferen-
tibus historiam, calculis chronologicis repugnare, ex iis
quæ not. b. adducta sunt forte patebit. Mithridati equi-

dem Ponti regi, at non Eupatori sed Evergetæ, coæ-
 vum facit Wilde, Förb. p. 264. Ex genealogia Othini
 a Simone Dunelmensi tradita, nihil præsidii pro Tra-
 jani ætate asserenda desumi posse ostenditur in Dissert.
 cit. Gothenii. Verba: Othin war Tyrkia Kongur / han
 flydde fyrer Romverjum nordur hingath / quæ ex Lang-
 sedgatal in opinionis suæ robur allegare solent, a Roma-
 nis pulsum eum esse contendentes, Wilde (l. c.) male
 interpretatos eos esse probat & ex conciliatione Sturlo-
 nidis cum isthoc scriptore, reliquise quidem patriam O-
 thinum fatetur, metu indies crescentis sibique admodum
 formidandæ horum potentiaæ, non vero ab eisdem bel-
 lo adhuc pressum fuisse; licet finitima jam regna infesta-
 verint. Ita namque narrat expeditionis caussam Snorro
 Ýngl. Sag. Cap. V: I thann tima foru Romverja Höf-
 dingiar wða um heiminn of brudu under sif allarthio-
 der; enn marga Höfthingiar flydo fra theim efridr fra sinum
 eignum. Enn fyrer thi at Othin war for-spær of fidilku-
 nigur (förespäende och mycket klok) / tha wiſe han at hans
 aſqvarðine munde um nerdur hafso heimsins býggia. Tha
 satte han brodur sina We och Wila fyrer Asgard; enn han
 for oc Diar allir med honum / oc mikil Mannfolk. Nul-
 lius heic invasionis aut hostilitatum a Romanis re ipsa
 adhuc Othino illatarum mentionem occurrere, quis
 non videt? sed innui tantummodo, eum, cum valde pru-
 dens ac sapiens, imo insuper divinandi arte præditus,
 vir esset, hosce illorum progressus cum videret atque
 posteros suos sub boreali plaga imperaturos cognosceret,
 priusquam ad se quoque ordo belli quandoque veniret,
 iter ingredi cœpisse. Conf. Wilde p. 66. et si. ubi artes
 Romuleæ gentis exponit, adversus quosdam hoc tempore
 populos usurpatas, ex quibus intentionem eorum consilia-
 que, totum sibi sensim orbem terrarum subjiciendi, O-
 thi-

thinus cognoverit. Fugæ igitur genus hic adfuisse perspicitur, in primis si ad Langsedgatal simul respiciamus, quod manifesti mendacii, ubi lemor interpretatio admitti potest, citra necessitatem arguendum non esse putamus; Coactio enim quodammodo erat. Ita scil. rem considerans nullo negotio quivis pervidet, vindictæ cupidinem & invidiam, cum necessitate aliqua & metu conjunctas, ex iis regno virum. Hinc illa bellica religio, hinc tot fortitudinis stimuli. Præscientia vero ejus, de qua loquitur Sturlonides, ex nota ipsi nationum VII:trionalium indole consiliisque politicis, Wildio l. c. bene declaratur.

§. XV.

Ut magis adhuc ad fortia quævis patranda, idque cuius causa hæc omnia molitus fuerat strenue quandoque perficiendum, stimularentur, cunctis sui sequacibus honorificum Germanorum nomen imposuit (*a*); quod quidem notum antea ex parte fuerat, usitatumque populis quibusdam, ex eo autem tempore latiore significationem nactum est, ita ut ad postremum omnem, ejus quæ Oceanum, Danubium, Rhenum & Vistulam interjacet, terræ tractum complectetur (*b*).

(*a*) Confr. Wild. pag. 277. Etymon vocabuli supra vidimus rationemque cur idem assumferint Tungri explicavimus. Postea temporis non minori in pretio erat; sicut de Nerviis Trevirisque testatur Tacitus Germ. C. XXIX, eos Germanos vocari summa contentione postulasse, nec ullo modo pro Gallis haberi voluisse. Esse quidem expeditionem Tungrorum Othino ætate superiorem diximus; at hoc nihil obstat, quo minus ab illo sollemniori demum applicatione usurpari Germanorum appellatio cœpta sit, atque, cum paucarum nationum prius esset, fir-

mata magis pluribusque communis redditā. Cur vero ejus, inquies, in domesticis Scandiae historiis, inter cætera hujus nomina, mentio non occurrit? Respondemus: Neque apud reliquos Germanos id attributum deprehendere licet; quos tamen ab exteris, non se ipsis, ita cognominatos, contra codicū Taciti antiquorum & genuinorum fidem, quis temere affirmaret? Othini tempore a Scandis quoque usurpatum forte fuit, postmodum qua ratione evanuerit, haud dixerimus. Ceterum pro apodictica hoc veritate nemini obtrudimus, aut e conjecturarum hactenus classe exclusum volimus, cum parum id referat unde ortum sit nomen, dum modo de ipsa re clara extent auctorum testimonia. Intērim tamen assimile non est, Othinum nullum stimuli genus omittere voluisse; quin multo majora quoque, quam hoc est, a prudentia & sagacitate ejus nobis promittere, qui eum descripsere veteres nos jubent.

(b) Populos quos adiit Asarum rex, audivimus fuisse Holmgardiæ incolas, Saxones, Danos, Svecos, Norvegos; quibus omnibus sibi devincis, suisque placitis, tum qua religionem tum qua cætera, imbutis, ut eo certior de fide ipsorum esset, singulis unum filiorum præposuit: Holmgardis scilicet Sigurlamium, Saxonibus Veggum, Beldegum & Siggonem, Danis Skoldum, Svecis Yngvem, Norwagis Semingerum: quibus subinde Gau-te, Gothis præfectus, subjungitur (Cfr. Botin, *Utkast til Sv. Folkets Historia* pag. 19.). Ipse in Svecia & quidem Sigtunæ ad Mælarum lacum consedit, nec summam rerum sibi divinarum humanarumque reservasse est quod dubitemus (Wilde p. 268. Dalin 107. 109-112. 322.). Saxonum hic nomine non eos solos intelligendos esse, quos nunc ita vocamus, ipsa verba Sturlonid's testatum faciunt (Prol. cit. p. 6. 7.): *Their komo i Sayland oc eignadiz*

eignadiz Othn thar wiða Landit of satti han thar til Landz
 gezloſ syni, sina. Wegdreg red fyri austir Sarlandi. Anar
 son hans het Baldeg/ er wer faullum Balldr: Han atti
 Westfäl/ that riki er swa heitir. Trivi son hans het Si-
 gi/ hans son Rorir/ fadr Volsungs/ er Volsungar ero fra-
 komni: their redo firi Franklandi. Fra ollum theim ero
 storar åttir komnar. Unde, cum Saxlandia appellatio
 Westphaliā, Franconiam & eam quam Saxoniam Orien-
 talem vocat regionem, Auctori comprehendat, bonam
 Teutoniæ partem Othino paruisse, indubitanter infertur.
 Immo von Dalin (p. 110. citat.) Ost-Saxen per Teu-
 toniam Orientalem, Westfäl per Occidentalem, & Francia
 land per interiora Germaniæ, cum regionibus ad Rhenum
 sitis, vertit, nec incongrue certe; ut probari potest in
 aliis ex Paulo Warnefrido (lib. I. cap. II.): "Vodan fa-
 ne, quem adjecta littera Godan dixerunt, ipse est, qui
 apud Romanos Mercurius dieitur, & ab *universis Germaniæ populis* ut Deus adoratur." Quin & hoc pertinet
 Tacitus (Germ. c. IX.): "Deorum maxime Mercurium co-
 lunt (Germani), cui certis diebus, humanis quoque hostiis
 litare fas est." Jam vero constat, summum Deorum fuisse
 Scandianis, etiam Germanis, Othinum; quare de nullo quo-
 que alio, in primis testimonio Diaconi accedente, sermo-
 nem esse Tacito, dilucide appetet. Germaniæ porro vo-
 cem, non Teutoniam solam Paulo significare, sed totam,
 quæ olim erat, Germaniæ Magnæ terram includere, su-
 pra (§. V. not. c.) observavimus, atque idem adhuc
 vel inde patescit, quod e Plinio nomen Scandinaviæ ha-
 beat, unde nec Germaniam intelligere, quam hic, aliam
 vel aliter acceptam, concludi jure posse videtur; Plinii
 vero Germania, æque ac Taciti, quod ipsa illa Ma-
 gna fuerit, nemo dubitat. Per totam ergo etiam Ger-
 maniam Magnam Othinum pro Deo fuisse cultum, evi-
 dens est consequentia. Sub Holmgardiæ incolarum no-
 mine

mine illi fere, qui Estoniam & Ingriam cum Russiae parte tenebant, veteribus veniunt (Dalin. p. 294. Wilde p. 269.). Cum itaque ex domesticis scriptoribus Othini potestati paruisse demonstrari queant haec regiones, Venedico Sinui adjacentes, & Teutonia, Dania, Svecia, Norwegia; atque Germaniae Magnae iidem fere fuerint limites; quam amice omnino conveniat de finibus Othiniani imperii exterios inter & Scandiæ domesticos historicos, facile quivis pervidet. Insuper accedente in isto etiam punto utrorumque consensu, quod Othinus pro Deo universis in illo terræ tractu degentibus populis habitus fuerit, adhuc tutius pro certa res venditari potest. Imperium autem ejus æque late ac cultum & religionem se extendisse, vid. Wild. p. 275. cet. Hinc est quod hodie Belgis dies Mercurii Woensdag dicatur, certo indicio, & inter ipsos pridem Odinum divinis honoribus fuisse gavisum (Conf. Sheringh. cit. §. nostr. XII. not. a. Dithmar. p. 55.). Denique monendum, non omnes nationes, quæcunque illum unquam veneratae sunt, statim, aut ipso adhucdum vivo, placita ista adsumsis- es heic contendit; cum & successive hoc fieri potuerit variisque de causis; ut sunt bella, foedera, uniones populorum, commercia, migrationum sociates &c: Neque omnes forte æqualiter omnia Odiniana probarunt instituta, moresve inde dependentes adsciverunt. Unde enata sunt illa apud scriptores dubia, utrione genti, Germanis an Sarmatis, haec vel illa natio esset adscribenda? cum utriusque, ex parte, imitaretur vivendi credendique rationem, neutri perfecte similis; quale quid Tacito evenisse, supra, ubi de Venedis Peucinique actum, diximus. Fenni hodierni Lapponesque, prout sub Germaniae Magnae vocabulo intellecti esse probari nequeunt, ita neque Othinianis eosdem imbutos fuisse principiis, praeter auctorum silentium, toto celo dif- ferent.

ferentia lingvæ, vitæ & religionis genera indicant; posterioribus enim demum temporibus Svetlico accessisse regno, notum est, quæ vero ante fuerant commercia, belli tantum pacisque negotia attigisse. (Confr. Wild. pag. 278. 279.).

§. XVI.

Fuisse igitur Odinum imperii Germaniæ Magnæ auctorem, extra controversiam posita res haberi debet. (a).

(a) Terminos ejus jamdum in præcedentibus, vel ea ipsa de causa, reliquis opellæ argumentis prolixius tradidimus, quod in primis illorum ex definitione, quæ de Othino ad ductum indigenarum nostrorum scriptorum postea dicta sunt, declarantur. Præcipue tenendum quod §. V. fin. not. ajebamus de fundamentis quibus nixi judicia ferre exteri solebant, utrum huic vel illi genti populus aliquis connumerandus esset, nimirum lingvæ morumque & vivendi generis cum una alterave earundem majori vel minori convenientia. Mores vero cum ex religione multum dependeant, neque hæc sibi exiguam hic partem vindicat: Adeoque militaris etiam illa Asarum regis, caussa erat singularis bellicæ, non virtutis semper sed & rabiei, quam Germanorum criterium historici antiqui fecere: nec non vitæ institutorum inidem fluentium. Consequenter eadem religio, licet non injecta Othini mentione, quem quidem ceu auctorem harum rerum omnium ignorarunt, considerationem scriptorum, in quaestione istac tractanda versantium, ingressa est. Si autem religionem Othinianam pro judicandi arguento ante oculos habuerunt, eam quoque, vel saltim principalia ejus dogmata, apud omnes illos populos vigeret sibi persuaserunt, quos Germaniæ vocem complecti credide-

didere; excipe sis nationes subsequenti tempore peregre forte illuc advectas, quæ & ipsæ nihilominus ob vicinitatem sensim ad similitudinem reliquorum Germ. conformatae sunt. Ceterum cave per Imperium Magnæ Germaniæ statum aliquem secularem innui putas, aut de Monarchia quinta ab Othino instituta nos somniari; cujus nulla occurrere in annalibus vestigia, ambabus manibus concedimus; Reete enim monet Conringius (Exercitatt. Acad. VI. Thes. VI. cui adsentitur Schurtzfleischius, Diss. de rebus Svio-Gothicis p. 6.): "Germanicos populos, utut unius fuerint originis & lingvæ prope ejusdem, immo unam Germaniam ferme omnes habitaverint, proxima mutuo vicinitate juncti, attamen in unam rem publicam omnes nunquam, sed plerosque, & quidem solis Septemtrionalibus trans Balticum seu Sveicum mare habitantibus exclusis, admodum sero felicibus Francorum armis coaluisse." Sed Imperium Sacrum loquimur, quod quidem Othino vivo sub uno fuit capite & hujus ex nutu regebatur, at magis at Dei quam Principis, eoque demortuo quælibet natio independens ab altera mansit. Svethiæ quidem Regibus a Danicis Norvegicisque prærogativa concedebatur aliqua, quæ vero præter ordinem & dignitatem vix quicquam comprehen-debat, adeoque, imperii & dependentiæ v. s v. nullum est argumentum (Cfr. Dalin p. 583. not. d. Wilde Hist. Pr. ed. Sv. Cap. III. pag. 316. 326. 328.). Quod de Holmgardis dicunt nonnulli, eos nempe Svecorum superioritatem (facessite hinc Prisciani!) agnovisse (Dalin p. 324. 357. aliique passim), neque id, si quid fuit, ex Otonianis institutis derivandi certæ rationes adsunt; quin e contrario ipsam rem quoque satis demonstratam non esse contendit Wilde (I. c. pag. 403. 404. 405.). Adhuc minus de Teutiscis tale quid prædicandi fundamentum do-vimus, sed omnia potius deficiunt monumenta id innuentia:

entia: Esto namque Odinum Sigtunæ hic habitasse atque
 sacrorum quandam Cathedralem sedem instaurasse, quæ
 deinde Upsaliam translata est; inde tamen ad civile aliquod
 in Germ. regimen conclusio haud valet. Daniam & Nor-
 wegiam templum hoc Upsaliense pro primario agnovis-
 se, haud facile negatur; Teutones vero item fecisse,
 ne id quidem tuto affirmare possumus. E contra, si et-
 jam extra controversiam ponitur, Othinum Danis Norve-
 gisque Templum Sigtunense statis temporibus visitan-
 di officium injunxisse, quod in harum nationum Erudi-
 torum auribus minus eleganter sonare, in aliis ex Ger-
 hardi Schoning *Försög til de Nordiske Landes/ särdeles Norges gamle Geographie* (pag. 105.) *divinari* sc. pot-
 est; probabile tamen est, prævidere Vejovem potuisse,
 tam arctam occidentales inter atque arctoas nationes unio-
 nem diu duraturam non fore, ac illa esset quæ inter hosce
 invicem institui quiret: idque ob vastum quod interjacebat
 mare, quod transire religionis causa Germanis hodiernæ
 acceptonis tanto difficilius fuisset, quanto minus populū
 eorum, saltim plerique, Taciti adhuc quoque & subsequen-
 tibus (ideoque forte Othini itidem) temporibus nava-
 lis rei peritia Sviones Sitonesque adæquarunt. Habue-
 re nihilominus & illi templa sua, cojusmodi in Marsis,
 nomine Tanfana Tacitus meminit, *Annal.* Lib. I. Cap.
 LI; atque Germ. Cap. XL. aliud Herthæ Deæ dicatum
 fuisse in Oceani quadam insula testatur: Quæ quidem
 templo non per magnifica ædificiæ, sed lucos tantum,
 prout & erat Naharvalorum illud (Cap. XLIII.), in-
 terpretantur Cluverius (Lib. I. pag. 287.) & Dithmarus
 (p. 57.). Ut verbo denique dicamus, post fata insti-
 tutoris Imperium Germaniæ Magnæ, præter nomen, re-
 ligionem, lingvam ac mores eosdem, importasse aliquid
 Septentrionalibus Teutiscisque commune, statuere non
 audemus, vocemque Imperii improprie heic usurpamus:

Utimur vero eadem post ipsum hypotheseos Auctorem Wildium (l. c. Cap. I. pag. 19. 20. not.) qui Svetheice etiam per Ruisareddimine illam reddit; Cui nec in re ipsa quidem absolute contradicimas, sed tantum non satis stringentia esse argumenta adhuc putamus, nobisque haetenus haud perspecta fatemur. Certe & citra hujusmodi seculare imperium sola religio atque longe firmissima superstitionis vis fini Othini obtinendo suffecissent, nisi ipsa sub apparatione subita eum mors Sigtunæ occupasset, (Von Dalin T. I. p. 114. §. 22. & 23.). Qui autem eo usque hic progrediuntur, ut Willdiana hypothesi contendant Sveciam Germanici alicujus regni partem provinciamque constitui, næ illi, si ferio id dicunt, consequentia-rios agunt. (Cfr. sis von Dalin Præf. T. II.).

§ XVII.

Soleat inter Philosophos in requisitis hypotheseos probabilis illud quoque ponи, ut phænomenis naturæ explicandis idonea sit. Idem in Historia locum obtinet, atque prout alibi semper, ita circa hanc etiam quam nunc consideravimus, observandum est: Cujus utilitas consistit in explicanda illa modo dicta & maxima omnino similitudinie affinitateque lingvæ (a), religionis (b) & morum (c) inter Scandianos & Teuticos, quam ad oculum ostendunt tantum non omnia priscorum temporum monumenta, unoque ore quotquot sunt loquuntur & agnoscunt etiamnum rerum periiti (d). Quæ convenientia, tametsi vel sola fidem dicitis in præcedentibus §§. conciliare apta sit, atque hypothesis jam aliqua ex parte non tam probabilitatem præ se ferat, quam certitudinis pene induat speciem; contrarium tamen ex fide dignis testimoniuis vel aliis firmissimis argumentis evincere valenti, lubenter vietas dabimus manus (e).

(a) Scythicus equidem uterque populus origine erat, prout unanimis est antiquitatis consensus, attamen post migrationem e communi patria factam, accidente in primis rariori invicem commercio, magis magisque sensim degenerasse a matre Scytharum lingua (Grot. Prol. pag. 8.) Scandorum Germanorumque idiomata, non obscure quilibet videbit; quare & novam quasi loquelam (nec eam quidem a temporum postmodum ad nostram usque ætatem insignibus mutationibus liberam) adeoque vetustissimo aboriginum sermoni aliquantum absimilem jam tum redditam, adtolisse ad gentes suorum dogmatum sequaces, Othinus Asiaticus *Sagarum* seu *Historiarum exaratoribus* dicitur. Cfr. Wilde Hist. Pr. pag. 72. Förb. p. 270. Vexionius Epit. Descriptionis Svec. Goth. Fenning. & subjectarum provinciarum, lib. III. cap. I; nec non Mscr. cit. Peringskioldio ad Vit. Theod. pag. 354., apud quem pag. præc. 352. Prologi etiam Eddæ hæc verba habentur: *Their Asirnir toku sier kuonfaung thaer innan Lands* (i Swithiodi) *enn sunne sonum sinum / ok urdu thefhar ãttir fidlmennar / so ad um Sarland ok allt thadan um Nordur Afur dreifdist / so ad theira tunga Asiae manna geck ein um aul thesi Land.* *ek thad thikasti menn skinita meiga / af thui at skrifuth eru Langfedga nefn theirra / at thau nefn hafa folgt thessari tungu / ok their Asir hafa haft tunguna nordur hingath i heim / i Noreg ok i Swithioth ok i Danmark ok i Sarland; ok i England ero fern Landsheiti ek stadhei si / thau er skilla ma at of engi annan tunga era gesitt enn thesi.* (Conf. ed. Göransf. p. 8; ubi tamen hic locus ita non est plenus ac in ea quam Peringskiold adhibuit editione Roseniana). Quod de Anglia jam dicitur, ab Anglo-Saxonibus, Sec. V. hanc terram occupantibus, profectum est; quos, sive Teutisci fuerint sive Scandiani, sive ex utrisque mixti, lingva ab Othino in

Germaniam invecta loqui oportuit. Neque negarim tamen omnino, potuisse & ibi aliquid machinari Asarum Principem; sed tacent scriptores, tam domestici quam exter.

(b) Explicat istam rem fuse & quomodo sua commenta cum pristina Teutonum religione commiscuerit Othinus ostendit Wilde Förb. pag. 270 -- 275. quoecum conf.r de Diis Germanorum agentes, Lentulus pag. 5. 300, Schüze Lehrbegr. p. 280 alibique, Schefferus Ups. Ant. p. 61. 79, Cleffelius Præcogn. §. XIV. rel.; & qui-dem Dithmarus p. 53. etss. hæc enumerat eorum numina 1. Sunna sive Frejus. 2. Maan, Luna. 3. Tuisko vel Tuisto. 4. Othin, Odin seu Vodan. 5. Thorons, Tharan. 6. Frea. 7. Satur. 8. Hertha, Terra.

(c) Elucebit id abunde conferenti laudatum sèpius Taciti de situ, moribus & populis Germania librum cum elegantissima von Dalini Hist. Svecana & speciatim Cap. IX. ubi de moribus Scandianorum agitur; Vid. & Vexion. lib. IV. cap. II. In primis vero utrique nationi articulus fidei primario fundamentalis id erat, quod de universis Germanis Tacitus Cap. XIV. prædicat: "Nec arare terram aut exspectare annum, tam facile persuaderis, quam vocare hostes & vulnera mereri. Pigrum quin imo & iners videtur sudore acquirere, quod possis sanguine parare." Omnem insimul tamen similitudinem ex Othinianis institutis solis arcessere nos haud putas, cum & aliquem prædicta communis ex Scythia origo sibi jure locum vindicet.

(d) Conf. Vexion Lib. III. Cap. VII. & VIII. nec non vide sis testimonium Joh. Baptiste Burgos, Genuensis, Commentat. de Bello Svecico p. XIX.

(e) Interim dicta claudere lubet verbis Gothofridi Schüze (Lehrb. p. 65.): Da die alten Deutschen und Nordischen Völker sowohl wegen ihres gemeinschaftlichen Ursprungs und der daher entstehenden nahen Verwandtschafts, als auch wegen der überaus großen Ähnlichkeit der Sitten, als ächte Brüder anzusehen sind, so werden wir bei bestimmung des Lehrbegriffs unsrer Väter von dem Zustand der Selen nach dem Tode (nec non quod ad reliqua religionis capita, ad mores, instituta &c. attinet) die Nordischen alterthümmer nothwendig um Rath fragen müssen.

TANTUM.